



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipué desumpta

Puente, Luis de la

Coloniæ Agrippinæ, 1626

IV. De specialibus ad Religiosum Statum amplectendum Vocationibus, &
stupendis mediis quibus Deus eas dirigit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45802](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45802)

omnem suam: sed & huic, quidquid sub sole placet, quidquid in mundo cupiscitur, non poterit comparari. Hæc gratia deuotionis, & vnctio domus de omnibus: quæ expertus nouit: in expertus ignoscat: quoniã nemo scit, qui accipit, Hæc S. Bernardus, quæ omnia plurimũ conferunt ad hoc, religiosi suũ statum magni faciant, vitam q̄: suã ita instituãt; vt copiosos hinc fructus colligant, & promissis eis præmijs statim frui incipiant. Item cõmines leuiores promissis, minus q̄: certis magnos aggrediãtur labores: quum est, vt cum ad egregium hoc facinus à Deo vocantur, statim euocationi pareant; attendentes diligenter, per quænam media Deus illos deducat: quæ sunt procul dubio stupenda; vt in proximo tractatu apparet in quo reliquas felicissimi huius status excellentias prosequemur.

TRACTATUS QUARTVS.
DE SPECIALIBVS AD RELIGIO-
SVM STATVM AMPECTENDVM VOCATIO-
NIBVS; ET SUPPLENDIS MEDIIS QUIBUS
DEVS eas dirigit.

CAPVT I.

AD DEVM PROPRIE SPECTARE, VOCARE ALIQVEM AD
*Statum Religionis; eiusq̄, uocationem necessariam esse ad eum
tunc adendum.*



VNDATA iam domo Religionis super lapides fundamen-
tales, & columnas suas; paratis iam sacrificijs ac uoti-
strata mensã Regularum & Constitutionum, & religio-
ad leuamen & subsidium eorum, qui in ea sunt habituri
necessarijs: ad Sapientiam diuinam, quæ eam fundat,
præcipue pertinet (vt ait Salomon) *vocare ad arcem,*
in ea habitent: nam ad fundatorem & Dominum domus spectat, opus
promouere; & operam dare ne desit, qui velit eam inhabitare. Et quæ
modum ipse Saluator dixit: *vir nobilis, b qui facit cenã aliquam magnã,*
tere solet seruum suũ conuuias inuitare, & uigere, vt veniant, ad potiendũ rebus
omnibus præparatis. Et similiter e *Rex, qui facit nuptias filio suo, mittit ser-
uos, vocare inuitatos ad nuptias.* Cũ igitur diuina Sapientia in sua domo Reli-
gionis præparauerit solenne cõuiuiũ, vt vidimus: & in ea faciat nuptias
marum cum Christo quæ profitentur Castitatẽ, & vitã Religiosã: ad eam

a *Prou. 9.4.*

b *Lu. 14.17*

c *Mat. 22.2*

Sapientiam pertinet: vocare, & inuitare multos, vt accedant ad fruendum tot bonis, quæ ipsis præparauit. Cumq; tanta sit Religiosorū ordinū varietas eisdē Domino incumbit, vt omnibus prouideat de incolis: hos vocando ad hunc ordinē, illos ad illū: vt hac ratione septē huius domus columnæ cōseruentur, per continuā Religiosorū in singulis earū successione. Præterea tria in Statu Religioso sunt, quæ omnino exigūt vocationis diuinæ assistentiā & fauorem; nā ex vna parte, status ipse aded est excelsus; ex altera valde arduus ac difficilis; homo autē ex se aded debilis & miser; vt nullus habiturus esset animū, nec vires ad illū amplectendū; nisi ipsemet Deus illū vocaret, suaq; inspirationis vi, & efficacitate pertraheret, iuxta illud, quod idē Christus Dominus dixit: *nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eū; & iterum e nō eis capimur verbū istud, doctrinā scilicet Castitatis, sed quibus datū est.* quibus sententijs indicat, ad amplectendum hoc consilium, & reliquæ vitæ Religiosæ, necessariam esse gratiam cælestis vocationis, præuenientē industriam nostram; & excitantem nostrum torporem; & adiuuantem nostram imbecillitatem; & opus esse aliquo Dei pulsu, quo nostrum cor emolliatur; aliqua illustratione spiritus sancti, quā illustretur noster intellectus; & inspiratione aliqua, & impulsu eius, quo nostra voluntas accendatur, & eleuetur ad optatam & procurandam rem aded excelsam. Nam absq; tali subsidio quis tantum animi habebit, vt ex terra sua exeat, sicut Abraham; deserat suos parentes; & populi sui obliuiscatur? quis tantum peccatoris robur habebit, vt renūciet diuitijs, & omni spei eas aliqua ratione acquirendi? quis reiiciet carnis voluptates etiam per matrimonium licitas? & quis deniq; libertatem suam abijciat, vt Christum sequatur per viam aded angustam: nisi Dominus ipse eum vocet, & ad eam amplectendā eligat? non enim sine causa dixit ipsemet Dominus suis Apostolis *non vos me elegistis, sed ego elegi vos.* nisi enim electio hæc & vocatio cælo venisset: non solum Matthæus, qui dives erat; sed neq; pauperes piscatores in animum induxissent. retia sua abijcere, vt possent sequi Saluatorem. Ac proinde Religiosi, quorum vita, teste S. Hieronymo, est apostolica: non poterunt hoc vitæ genus amplecti, nisi eadem ratione ad id electi & vocati: præcipue ob ingentem difficultatem, quam secum adfert obligatio votorum ob suam perpetuitatem. Quamobrem Sanctus Augustinus (cuius sententiam approbat Consilium Arausicanum) allegans locum ex Cantico Annæ matris Samuelis, dicentis: *g Dominus dans votū vouentis, addit: neminem posse bene vouere; nisi qui à Deo accipit potestatem ad vouendū; & concilium illud sic ait: nemo quicquā rectē Domino vouerit, nisi à Domino acceperit, quod vouet. h Ego, ait Dominus, sum qui ascendere vos feci de terra Egypti, vt possideretis terrā promissionis, & suscitavi de filiis vestris in Proletas, & de iuuenib; vestris Nazareos.* Nā Deus D. N. ex infinita sua misericor-

d Io. 6. 44.
e Mat. 19. 11

1 Cor. 5. 16

Ep. 8 ad De
met. 34.
ad Iulian.
5. Ber serm
de quadrup-
debito.
lib. 17 de
Ciu c. 4.
Araus c. 12
g 2. Reg. 8
iuxta. Lxx.
h Amo. 2. 10

dia, nullis hominum meritis, eos educit, quando vult, ex huius mundi Ægypto: quia ipsi proprijs viribus non potuissent à tali seruitute liberari: & omnipotentia sua multos eligit ad Statum Religionis, quem dicebatos est starum Prophetarum & Nazareorum, diuino obsequio specialibus vocat consecratorum. Qui nisi ab ipso excitarentur, & iuuarentur, non possent excelsæ ad eò vitæ sortem eligere. *i. Reperit Elias Eliseum filium Saphat, aram in duodecim iugis boum; & misit pallium suum super illum. Qui statim reliquit hunc cucurrit post Eliam, & ait: osculer, oro, patrem meum, & matrem meam, & sic sequens dixit ei Elias: vade, & reuertere: QVOD ENIM MEVM ERAT FECI TU* vt quemadmodum ego sum Propheta Domini: tu mihi in eodem statu succedas. & ita Eliseus, exhibito suis consocijs cõuiuio: eis valedixit; & sequens est Eliam, & ministrabat ei. Hunc ergo in modum Christus D. N. significatus (vt ait Glossa) per Eliam (quod significat: Deus Dominus) vocat ad Statum Religionis, colentes terram, & occupatos in rerum temporalium negotiationibus: vt, omnibus relictis, ipsum sequantur in Paupertate & sanctitate. Sed qua ratione eos vocat? mittens pallium suum super eos; hoc est efficaciter illis inspirans desiderium induendi vestem ipsiusmet Christi, perfectam scilicet eius imitationem, in Excellentissime vitæ modo, quem ille habuit & in Paupertate, Castitate, & Obedientia, quibus ipse in hoc mundo vestitus incedebat. Statim autem atque pallium illud, efficaciter cælestis suæ vocacionis illos tangit deserunt patrem, & matrem, & reliqua omnia; & cum ingenti quiete, & animi delectatione sequuntur ipsum Saluatorem. Qui ex magna sua liberalitate eis dicit, *quod meum erat fecit tibi*, eò quod velim te mihi in statu perfectionis, quem ego, dum in mundo vixi, fui professus, succedere. Et quemadmodum Elias, cum curru igneo raperetur in cælum, dimisit idem pallium quod miserat super Eliseum, quando eum vocauit, vt ipsum sequeretur: & eodem modo Eliseus dimisit aquas Iordanis, multa quæ; alia stupeda fecit; eodemque modo ductus incedebat, ita vt (quemadmodum ait S. Chrysostomus) ex tunc Eliseus videretur alter Elias; ita etiam, cum Christus D. N. in cælos ascendit, reliquit Apostolis, qui fuerunt primi Religiosi, pallium, quo eos texerat; quando ad Apostolatû vocauit: & reliquit hæredes Euangelicæ suæ perfectionis, quæ mirabilia in mudo sunt operati. Et oēs, quos ad statum Religionis vocat, similiter facit pallij huius hæredes: vt illud perpetuò ita induant, vt vnusquisque eorû, ob perfectam imitationem, videatur alter Christus in terra. Si enim quicumque Christianus, ait S. Greg. Nilenus, debet esse alter Christus: quãtò magis Religiosus, qui amplius proficitur, induere se spiritu & insignibus eius, & similior ei esse in vita, vt alter sit Christus conari debet? sed hoc totum est merito huius Domini gratia. Nã quemadmodum Eliseus nullum animam habuisset: aut ea deferenda quæ reliquit; nec desiderium sequendi Eliam: nisi Deus misericordia sua

i3. Reg. 19.
19.

k 4. Reg. 2.
14.
Hò 2. ad po.

Ho. de perfecti
in forma
hominis
Christiani.

cor eius ad id permouisset; ita nullus fidelium tantum pectoris robur habere, ut omnia relinqueret, quod diuinum Eliam sequeretur: nisi ipsemet illum metris pulsibus vocaret; eiusque cor euelleret ex inordinatis affectionibus, quibus ad res terrenas alligatum teneretur.

§. I.

EX DICTIS facile deducitur: vnum ex ijs, quæ plurimum ad hoc referunt, ut aliquis Religionis statum amplectatur, illud esse, ut certus ac securus sit, se ad eum amplectendum vocari à Deo. Absque ea enim uocatione nullus debet præsumere talem statum aggredi: nam per se neque vires habebit, ad talia onera portanda; nec in eis ferendis perseverare poterit. Magna res est (ait S. Laurentius Iustinianus) abnegare se & crucem quæ tollere Obedientiæ Religiosæ, & sequi Christum. excedit siquidem humanas vires, atque paruitatis nostræ supereminet facultatem. Quamobrem nemo istius pugnæ ingrediatur stadium, nullusque abnegationem proprij arripere præsumat arbitrij: nisi sit præuentus à gratia, introrsus sit spiritus sancti deuotione nutritus, sanctisque afflatus desiderijs, & constanti dono roboratus: ne forte cani ad vomitum redeunti efficiatur similis; & ut olim insipientis mulier, vxor Lothi, salis vertatur in statuam; competeatque illi sententia Saluatoris dicentis: *a nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei.* Quamobrem ad hoc non vocatus certamè, propriæ conscientie infirmitatis, secedat humilis, miretur, venereturque pugnantem aduersus semetipsum, tanquam contra capitales hostes, ut perfectionem consequantur. Ipse autem curet diligenter facinora commissa desistere, & quæque viribus desinat lethalia perpetrare delicta; atque diuinæ legis, & mandatorum Ecclesiæ, proprijque statûs sit obseruatione contentus. Memoreturque pollicitationis Domini dicentis: *b Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, & alibi: c bonum est tibi debilem, vel claudum ad vitam intrare, quam duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum.* Quasi dixerit: præstat in statu imperfecto mandata custodientem ad cælum peruenire: quam volentem mandata seruare; & promittentem etiam consilia sequi omnia transgredi, ac propterea damnari. Hæc S. Laurentius Iustinianus. Propter eandem causam dixit etiam Saluator noster: *eū, d qui velit turrim ædificare, prius sitientem computare sumptus, qui necessarii sunt ad perficiendum; si enim, postquam posuerit fundamentum, cessauerit, omnes qui viderint, illudent ei, dicentes, imprudenter ipsum cepisse quod consummare non potuit.* Talis autem est, qui non vocatus à Deo Religionem ingreditur ad perfectionis turrim ædificandam. Nam ad hoc ædificium perficiendum sumptus præbet diuina vocatio: cum qua & gratia venit, & fauor cælestis, ad huius statûs onera ferenda, necessarius, quod si vocatio desit, etiam sumptus deerunt; ac proinde ipsum

L. de Obed. cap. 26.

“
“
“
“
“
“
“
“

a Lnc. 9. 62.

“
“
“
“
“
“

b Mat. 19. 17

c Cap. 18. 8

d Lnc. 14. 28



ædificium. Et si Rex aliquis, qui in suo Exercitu decem milia tantum habet militum cum quibus non poterit hosti resistere, habenti viginti milia; ideoque cum illo de aliqua pace & fœdere; ne, si ad congressum veniatur, impetum cumbar: etiam erit prudentiæ, ut non sentiens vi se vires & robur ad ostendendum tentationibus duplicatis; con surgentibus tum contra diuina precepta, tum contra consilia Euangelica: contentus ille sit, quod resistat primis, ad quod nunquam deest sufficiens facultas; sed non cogitet de securitate ad quas vincendas non habet vocationem: præstat autem bonam pacem, re, quam perire in stulta pugna. Omnia hæc respondent ijs, que diximus secundo tomo, ad rectam electionem cuiusque status esse præmittenda: quamuis in electione huius ad eum & perfecti, clarius apparet & agnoscitur diuina vocatio: ut constabit, postquam retulerimus omnia momenta que vocatio ad id offert.

Tract. i. c. 3.

CAPVT II.

AD STATVM RELIGIOSVM VOCARI IVSTVS, & peccatores, & personarum omnium ætatum, & statuum, qui sunt in Ecclesia.



QUAMVIS Christus D. N. vniuersim proponat omnibus fidelibus Euangelica cõsilia & vota Religionis, tanquam meliora ac celsiora media ad regnũ cælorum perueniendũ: vocatione tamen speciali nõ omnes, sed eos solum vocat quos in æterna sua sapientia ad id elegit. Religio enim non est necessaria, ut quis perueniat in cælum: nam etiam non Religiosi possunt in sæculo manentes saluari; & ita Religio est status perfectionis, ut etiam extra illam iusti possint esse perfecti. sed cum ipse Dominus prospiciat vniuersim omnibus Ecclesiæ ac Reipublicæ Christianæ statibus: altissimã, & occultissimã suã providentiã vocat homines ad omnes status: & interdum aliquos valde iustos relinquit in sæculo in statu matrimonij, aut Continentiæ; tepidiores verò inde deducit ad statum Religionis. Nam non vocauit ad Apostolatũ Nathanaelem, de quo dicitur: ecce verè Israhelita, in quo dolus non est, Iudam tamen effecit Apostolum, postea fuit proditor. Et sapè concedit gratiam Martyrij alicui bono imperfecto, quam negat perfecto. Cuius rei non potest in hac vita ratio, ut suo loco est dictum: solum in genere scimus, quod dixit Salomon diuinam Sapientiam, vocando homines ad suam arcem, dixisse: *Parvulus est paruulus, veniat ad me. insipientibus autem loquitur esse: venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis: relinquitte infantiam, & venite.* In quibus verbis insinuat varietas personarum, que vocantur ad Religionem. Verbum enim illud *paruulus* varias habet in diuina Scriptura

Religio nõ est necessaria simpliciter ad vitam æternam.

a Ios. i. 47.

Tom. 1.
Tract. 1. cap. 3.
b Pro. 9. 4.

significationes. Aliquando enim significat peccatores, qui non ætate, sed prudentiâ & iudicio sunt paruuli: aliquando significat, humiles in suis scilicet oculis paruulos: aliquando etiam significat ætate paruulos. Et his omnibus modis potest hoc loco accipi.

PRIMUM enim certum est, Dominum nostrum vocare interdum Iustos ad Religionem, vt magis iustificentur & proficiant in sanctitate & perfectione, amplectentes eum statum, in quo plures sunt occasiones, ad eam perueniendi; vt apparuit in eo c. *Adolente*, qui a iuuentute sua obseruauerat omnia mandata, atque ita erat verè Iustus, vt asserit Sanctus Chrysostomus; & deducitur ex verbis S. Marci dicentis: d. *Iesus intuitus eum, dilexit eum*: quia verum dicebat; sed adiecit ei Iesus. *vnus tibi deest, si vis perfectus esse, vade, vende qua habes, & da pauperibus.* Iucundus ille Iesu intuitus, initium fuit vocationis, quâ Dominus illum ad vitam perfectiorem inuitauit, si optima illa occasione vti nouisset.

SED non solum vocat Dominus ad Religionem viros Iustos, sed multos etiam peccatores, nam, vt bene perpendit S. Thomas ad amplectendum hunc statum, in quo Euangelica consilia seruantur, non est necesse, vt quis in sæculo custodierit ipsa præcepta: nam Religio non est Schola virorum iam perfectorum, sed cupientium & contententium, vt perfecti sint: sicut Vniuersitates non sunt Schola hominum iam Eruditorum, sed studiosorum, qui dant operam, vt Eruditi euadant. Et Sapientia diuina *insipientes*, hoc est, peccatores; & *paruulos*, id est, exigui Iudicij, vocauit in domum suam, monens, vt ignorantia & infantia depolita, discerent e *ambulare per viam prudentia*. Et ipse Christus D. N. non solum S. Andream & alios Iustos; sed Matthæum quoque publicanum & peccatorem ad suam vocauit Scholam: vt misericordia sua thesauros ostenderet, deducendo hominem à peccato ad statum gratiæ; & simul à sæculo ad Statum Religiosum. Illud tamen est certum, quodd licet Iusti, & Peccatores ad Religionem vocentur vocatione ad id sufficiente: non tamen re ipsa ad eam accedere, nisi paruulos, hoc est, (vt S. Gregorius ait) humiles, sibi que ipsis diffidentes: nam huius domus ianua est valde angusta, nec capit superbos, & arrogantes, vt postea videbimus.

§ 1.

EX DICIS inuestigare licet causas, ob quas Dominus noster etiam vocat ad Religionem paruulos in ætate, in quibus innocentia, & humilitas præualet. Ad quod melius intelligendum, supponendum est, quemadmodum Paterfamilias exit conducere operarios in vineam suam omnibus diei horis ita Christus D. N. Pater familiae Religiosæ, & electæ huius vineæ Dñs, ad eam vocat homines omnium ætatum: quosdam a *mane*, cum vsus rationis incipit, & in tenera sunt ætate. rapiens illos ex sæculo, b *ne malitia huius*

mundi

1.

c Mai. 19. 19

Homil. in
Mat. 19.
d Mar. 10. 21

2.

2. 7. 189.
4. 1.

c Præu. 9. 6.

Lib. 17. Mo-
ral. c. 17.

3.

a Mat. 20. 1.
b Sap. 4. 11.

mundi *mutet intellectum eorum: aut ne fictio, & dolus filiorum huius* (secundum
cipiat purā illorum animū. Alios vocat *hora tertia*, hoc est, in adolescentia
 hora sexta, hoc est, in media ætate: cum magna vitæ iuxta parte fuerint obedi-
 & huius mundi miseria experti; vt tunc vocati, plures faciant Religionem
 amplitudinem & præstantiam. Alios vocat *hora nona*, aut *undecima*, hoc
 est, in ætate virili, aut senectute, hoc est, ad finem vitæ: vt sic melius dispo-
 nantur ad quietam & tranquillam mortem, quæ sit transitus ad æternam
 tam. Cuius non alia potest ratio sufficiens reddi, quā Dei voluntas, & ipsius
 diuinæ sapientiæ consiliū, in ijs quæ sunt ex mera gratia, & non omnino
 necessaria ad ingressum in gloriam. Quamuis autem magnum sit beneficium
 vocari homines ad Religionem in quacunque ætate: negari tamen non po-
 test, multo maius esse si à tenera ætate vocentur: vt ita fruantur eo bono
 quod Prophetavit Ieremias, cum dixit: *c bonum est viro, cum portauerit iugum*
ab adolescentia sua: iugum scilicet legis & perfectionis Euangelicæ, sed non
silentio & solitario in Religione, sed iugum se super se, hoc est, ad vitam humanam
excelsiorem, qualis est Religiosa: quæ est vita Angelica. Cum igitur non
 possint iugum hoc portare, nisi Deus speciali vocatione id eis inspirat, &
 vocet ad portandum: singularis procul dubio est fauor, quod à tenera ætate
 tanta eos efficacitate vocet, vt statim portatē incipiant. Hoc fauore pro-
 quitur sæpè Dominus noster eos, quos elegi, vt in magnos sanctos euan-
 gent, tribuens illis ab ipsa tenera ætate talia perfectionis desideria. & immo
 dum ipsis parentibus inspirat, vt illos ad huiusmodi vitæ rationem deducant
 & consecrent; vt constat ex eo quod fecit d *Anna mater Samuelis*, quæ ex
 inspiratione *votum vouit, si Deus ipsi daret sexum virilem, secum daturam Domi-*
no omnibus diebus vitæ eius, tanquam Nazareum: & ita postquam eū ablactum
 adduxit adhuc infantulum ad templum, illumque tradidit Heli Sacerdoti:
 cunctis diebus occuparetur in seruitio Domini. Et sanctissima Virgo
 mina nostra, triennis fuit à suis parentibus in templum præsentata: vt
 virginitalis se ipsam obstrinxit; & quasi fundamenta iecit vitæ Religio-
 quam profitentur Moniales in sua clausura, admittentes sæpius paruas pu-
 lulas secum educandas. Et S. Ioannes Baptista ab Anno quinto, ex diuina
 spiratione, secedens in desertum, fundamenta iecit Eremiticæ ac Religio-
 vitæ: quam ex eiusdem Dei vocatione amplexi sunt à tenera ætate
 Paulus primus Eremita, Antonius, Hilarion, Bernardus, & alij multi. Et
 Sancti Hieronymus & Augustinus testantur, suis temporibus cœnobii
 fuisse repleta personis omnis ætatis, puerulis, ac puellis, qui ab ipso
 virginitalē imbiberent: ita vt nō esset inter eos, qui dicere posset, sicut Apo-
 stolus: *e prius blasphemus fui & persecutor.* Idem asserit S. Ambrosius, dicens
 omnem ætatem esse Christo perfectam: nec mirè, inquit, in adolescentia

Thro. 3: 27

d 1. Re. i. 11.
24.

Epist. ad Eu-
 stoch. sum de
 Virginit.
 Lib. de S.
 Virgin. c. 36
 c 1 Tim. 1: 12
 Lib. 3. de
 Virgin.

lis professionem: cum legeris in paruulis passionem. Nam qui eos in infantia eligit, vt sint martyres; delictatur etiam eligere, vt sint Religiosi.

Fvsivs autem hoc declarauit Sanctus Basilius his verbis: cum Dominus dicat: *f. Sinite paruulos venire ad me, quoniam talium est regnum caelorum.* & S. Paulus laudet Timotheum: *g. qui ab infantia sacras litteras nouisset: idemque alio in loco praecipiat: h. educandos esse filios in disciplina & correptione Domini;* profus ad eos, qui ad nos accedunt, admittendos, nullum non aetatis tempus idoneum esse iudicamus, vel ipsius aede tenerae, atque incantis. Vt videlicet qui orbatu parentibus sint, eos nostrapre sponte ipsi assumamus, & exemplo Iob parentes pupillorum simus. Qui autem sub parentibus sine, eos non sine ipsorum voluntate & consensu, sed ab ipsis ad nos adductos recipiamus; vt non demus occasionem, & notam euitemus, quasi puerulos admittamus. Hae S. Basilius, & idem S. Benedictus in ipsa praxi seruauit. De quo refert S. Gregorius, multos nobiles Romanos ex Dei inspiratione obtulisse, suosque filios, vt in monasterio educarentur, tradidisse: vbi multi postea cum insigni vitae exemplo permanerunt. Et antiqua Concilia statuerunt, ne ante perfectae discretionis aetatem (quae in viris est quatuordecim annorum, in foeminis autem duodecim) admittantur in Monasterijs absque parentum consensu & facultate: quae tamen aetate expleta liceret eos absque huiusmodi facultate admittere tunc enim satis discretionis eos habere, vt discernent, quid eligerent. Et non quid (ait Sanctus Ambrosius) puella, quae potest maritum eligere, non poterit Christum praefere? & qui potest uxorem eligere, non poterit Religionem amplecti? Huc accedunt ingentes utilitates ex eo provenientes, quod quis virtutem ac perfectionem a tenera aetate exercere & amplecti incipiat: quarum utilitatum summa posita est in primo tomo.

Dicit tamen in hac re moderationem conuenientem seruate, nam vt ait S. Anselmus) cera, vt apte sigilli formam recipiat, neque adeo mollis esse debet, atque si esset liquefacta; neque adeo dura, atque si esset lapsa; sed mollitiei mediocritatem habere debet: ita etiam ad sigillum & perfectionis Christianae, ac Religiosae imaginem recipendam, non adeo est apta aetas eorum, qui vel valde sunt parui, aut valde aetate adulti & senes. Nam qui sunt quasi infantes, eam non agnoscunt, nec perficiunt; valde autem senes difficile sese ad eam accommodant: & neutri necessarias habent vires ad labores in vita Religiosa occurrentes subeundos. Ac propterea in Societate nostra constitutum est, ne admittantur ante decimum quintum annum; neque ultra quinquagesimum. Aetas enim quindecim annorum, & totius iuuentutis est omnium optima; quando iudicium capax est & excitatum, ad apprehendendum quod intenditur; & corpus pollet

Regul. 15.
Euf.
E. Mas. 19
14.
g. 2. T. 3
15.
h. Ephes.
6. 4.
c.
c.
c.
c.
c.

In Regul.
cap. 39.
Toletanum
10. c. vlt.
Tiburtin. c.
24. & refer.
tur. 20. q. 2.
c. Puella.
S. Tho. 2. 2.
183. a. 8. ad
1. q. 189.
2. 5.
Vide Bellar.
lib. de Mo.
nach. c. 36.
Tract. 2. c. 7.
Lib. de Si.
milit. c. 175.

Reg. 30. Pro
uincial.



i Amos 2.11

S. ff. 25. 6. 15.

k Psal. 118.

100.

Vide Bellar.

apud ca. 35.

viribus ad ferendum laborem; nec consuetudo ad eò est radicata, ut non possit mutari. Quamobrem dixit Deus populo suo, se ex eius iuuenibus iurare N. zareos, quos nunc Religiosos vocamus. & in eo respexit Concilium Tridentinum, cum constituit, professionem in quacunque Religione virorum quàm mulierum non debere fieri ante decimum sextum annum expletum; & quæ ante fieret, esset nulla. Quamvis diuina vocatio non his ætatibus alligata: & quando illa cum efficacia adest, omnis ætas bona: (seruatis interim Ecclesiæ sanctæ, ac Religionum ipsarum decretis illa enim, puerorum intelligentiam illustrat, ut (quemadmodum dixit David) *super senes intelligant*; & senum cor emollit, ut molliores sint, magis dociles, quàm pueri & iuuenes. Paulus magni Antonij discipulus viam perfectionis inchoauit valde senex; eò tamen peruenit, ut stupenda, & maius quàm eius Magister, opera efficeret. Cum enim tardius viam illam impulsus esset, accelerauit gressu, ut æque proficeret, atq; qui citius peruenisset. Sancti Placidus & Maurus, alijque Sancti benedicti discipuli in parua ætate inchoauerunt: sed super se ipsos sese eleuarunt ad senum sanctorum, ex quo deprehenditur ignorantia & carnalitas aliquorũ huius temporis hæreticorum dicentium, nullos esse admittendos ad professionem Religiosam ante annum septuagesimum aut octuagesimum, quod attuli, ut intelligatur, quod & ipsi sentiebant, statum Religiosum esse bonum, ut quis in eo non oritur: ex quo facile inferre potuissent, etiam ad vitam in eo duccendam esse bonum; esseque magnæ felicitatis in eo statu viuere, in quo optatum mori.

§. 2.

Stotus hic
alios om-
nes excedit

VLTERIVS etiam progreditur Prouidentia diuina, ostendens, quomodo faciat ipsam Religionem, dum ex reliquis omnibus Ecclesiasticis statusibus tam secularis, quàm Ecclesiasticæ Reipublicæ homines ad eam vocat ac deducit: hoc enim apertum indicium est, statum Religiosum aliis statusibus tam secularibus, quàm Ecclesiasticis, non esse meliorem, aut certe in aliquo, quod sit magis ad vitam salutem, ut propriam quis perfectionem & salutem consequatur. Nunquam enim Deus ex aliquo statu quemquam vocat, aut educit, nisi ad alium peritiosorem, aut securiorem. & ut à seculari Republica initium faciamus libris & solutis omissis, ex quibus prospicitur reliquis omnibus statusibus, ipsi Religioso in multo maiori numero, quàm ex alijs. Sumamus initium ab statu Coniugali: ex quo diuina vocatio aliquos deducit ad Religionem, ex quodam singulari priuilegio ei in Evangelica lege concessa. Nam & si matrimonium ex natura sua sit status perpetuus, & indissolubilis.

I.

is voluit tamen Deus, dissolui posse antequam inter ipsos coniuges per carnalem copulam consumeretur; si alter illorum Religionem ingrediatur, & professionem in ea emitat: ita vt alter liber omnino maneat: vt si velit, aliud matrimonium in ea. Quod tamen priuilegium non est alicui sacro ordini etiam Sacerdotio, aut alteri statui Ecclesie concessum; non enim dissoluitur matrimonium ratum per vllum aliam Ecclesie statum, nisi per Religionem: qua Religiosus moritur mundo, vt Christo soli viuat. Cum igitur mors corporalis alterius coniugis vinculum dissoluat carnale matrimonij etiam consummati: non miram est, si matrimonij solum rati vinculum dissoluatur, spiritali ac ciuili morte, quae fit in Professione Religiosa. Ideoque Deus speciali vocatione multis huiusmodi coniugibus inspirauit, vt relictis suis sponfis, aut coniugibus, ante consummationem transirent ad statum Religiosum, vt in perpetua castitate illi seruirent. Ita fecerunt Sanctae Tecla, Caecilia, Euphrasia; Sancti Alexius, Leobardus, & duo amici Sancti Augustini, praeter alios, quos referunt historiae Sanctorum. Nec desunt Doctores qui dicant Sanctum Ioannem Euangelistam fuisse sponsum in nuptijs in Cana Galilaeae, quibus CHRISTVS Dominus noster interfuit quasi eas approbans, suaq; praesentia maiorem eis adferens splendorem: Si enim illae non fuissent licitae, non ipse illis interfuisset. Sed vt intellexeretur, esse alium statum excellentiorem: initium dedit (vt ait Nicolaus Litanus) praedicto vitae Religiosae priuilegio, cum ipsum sponsum vocauit ad perpetuam virginitatem, in Societate & schola sua seruandam. Et quamuis haec historia non sit adeo certa; certissimum tamen est, CHRISTVM Dominum nostrum vocasse ad suum Apostolatam Sanctum Petrum, qui erat coniugatus, habebatq; filios; vxore eius praebente consensum: vt sic initium daret vocationi multorum similium coniugum, quam facere cogitabat, educendo eos ad vitam Religiosam: vt carnales nuptias ex communi vtriusque consensu (sine quo non possunt se inuicem separare) in spirituales continentiam in statu Religioso profitentium commutaret. Praeclarissimum fuit exemplum Paulini, viri suo tempore nobilissimi, diuitis, ac sapientis: qui cum sancta sua coniuge Tharalsia perpetuam seruauit castitatem in vita Religiosa. Sed nolo futur esse in antiquis exemplis recensendis, cum quotidie recentia videamus.

VENIAMVS ad statum Principum, Regum, & Imperatorum, quem homines huius mundi tanti faciunt, & in eo constitutis inuident: eo quod in eo simul sint opulentiae, voluptates, ac deliciae, honor, authoritas, & potestas, & quidquid mundani homines appetunt: & nihilominus voluit Dominus noster supernae suae

*Ita definitur
Tridentinum sess.
24. Cano. 6.*

*Bellar. supra
S. Ambros.
lib. 2. de virg.
S. Aug. lib. 8
Conf. c. 16.
S. Greg. di. 3.
Dialog. c. 14
Pallat. in
hist. c. 8. de
Amonie, re-
fert S. Hieron.
onymum.*

*S. Hieron.
epist. 3. vo.
cat Monachum.*

2.

vocationis efficacitatem, ostendere, educendo multos ex eo statu ad Religiosum, deferentes regna imperia, & omnem amplitudinem ac diuinitas, quas in eo possidebant, & amplectentes Paupertatem, Obedientiam, Subiectionem in vita Religiosa. Pater Hieronymus Platus in præclaro libro; quem de bono status Religiosi edidit, magnum quendam catalogum harum vocationum; in quo refert septem Cæsares, & quinque Imperatrices; quatuordecim Reges, ac decem Reginas, præter innumeram multitudinem filiorum & filiarum Regum, Ducum, Comitum, Marchionum, & personarum Illustrissimarum ac ditissimarum, quæ Dei vocatione, rebus omnibus renunciantes, amplexæ sunt statum Religiosum. Dominus noster tanquam instrumenta quædam accepit, quibus res præstenderet rerum huius mundi vilitatem; & præstantiam, magnumque excessum, quo vita Religiosa illas excedit: quamuis hæc pauperula, delectaque videatur. Legeram (inquit Sanctus Bernardus) quod Sanctus Apostolus dixerat: *a non multos nobiles, non multos sapientes, non multos potentes* etc. *Deus*, at nunc præter Regulam, mira Dei potentia, talium conuertitur multitudo, vilescit gloria præsens; inuentus flos conculcatur; non reputatur generositas; Sapientia mundi, stultitia iudicatur; non acquiescitur carnalibus sanguini; parentum & charorum renunciat affectibus; fauores & honores ac dignitates reputantur vt stercorea, vt Christus lucri fiat. Quos ipse mundus propterea iudicat esse magnos, quod tantum animi & fortunæ habuerint, vt res ad eod magnas conculcarint. Iidem strenui viri opere confirmantur veritatem sententiæ, quam S. Ioannes Chrysostomus præterea sua eloquentia affirmat, multisque rationibus ostendit Religionem, præstantiorē esse, magisq; gloriosam & amandā, quàm Regiā dignitatem; sedem tales viri tanta animi sui voluptate Regiæ dignitati renunciarint, vt Religionem profiterentur, in qua sunt Reges per excellentiam: vt qui seipso regere sciant, possintque pugnare, ac vincere insensissimos hostes, licet licet passiones; & regio quodam animo ponunt sub pedibus suis, quæ mundus collocat super suum caput, & viuunt in quiete & pace absque timoribus & terroribus; quia nihil desiderant, & omnia contemnunt, quæ sunt in hac vita. Quare tragicus Seneca dixit: Rex est, qui nihil metuit: hoc est regnum quisque dat: nam cum cælesti auxilio potest illud consequi; nec neque in vita, neque in morte timeat. Morietur enim securè, sciens, se de contemptum temporale Regnum aliud sperare æternum & immensum, quod nunquam amittet.

TRANSEAMVS nunc ad Rempubicam Ecclesiasticam, ex qua diuina vocatio innumeros viros ad Religiosam Rempubicam condendam, & amplificandam educit. Et olim Sacerdotes & Episcopi educebantur ex

Lib. 1. cap.
26 & 27.

a. i. Co. 1. 26.
Epist. 110.

»
»
»
»

L. 2. contra
impugnato.
Religionem
serm. de cõ.
patatio Re-
giæ & Mo-
nachi.
Vide Platõ
lib. 2. cap. 16.

ipsis Religionibus, in quibus iam perfecti euaserant: vt propria muni-
 felicitus exercere possent, vt supra est dictum: postquam autem hi duo sta-
 tus distincti fuerunt ac segregari: vt ostenderet Dominus noster Religio-
 si status excellentiam, multos ex Sacerdotali statu vocauit ad Religionem am-
 plectendam, vt in ea se magis perficerent. Sacerdotalis enim dignitas, qua
 Religiosa Professioni alias praestat, cum huic coniungitur, plurimum pro-
 ficat, ad sua ministeria perfectius obeunda. Quare etiam si Sacerdotes Para-
 ochi sint, & animarum curam gerant; sed quoniam non se obstringunt voto
 illis attendendi, possunt, (vt S. Thomas probat) officium illud relinquere,
 & ingredi quacunque Religionem, etiam inter alias minus perfectam, vt in
 ea propriae salutis & perfectioni attendant, Et ipsa Ecclesia potestatem eis
 ad id facit, etiam Episcopo repugnante, quando ex instinctu Spiritus San-
 cti ad perfectam ad eam vitam aspirant. Alia tamen est ratio de ipsis Epi-
 scopis, quorum status est Religioso praestantior, utpote virorum iam per-
 fectorum, & qui speciali voto ad bonum animarum subditorum suorum
 procurandum sese obstrinxerunt. Ac propterea non licet illis absque Sum-
 mi Pontificis facultate, Episcopatum renuciare, & ad Religionem transire,
 iuxta id quod Innocentius III. cuidam Episcopo scripsit: si pennas ha-
 bes, quibus satagas in solitudinem auolare: ita tamen illae strictae sunt ne-
 cessitates praecceptorum, vt liberum non habeas absque nostra permissione vo-
 latum. Saepe tamen Dominus noster sancta sua vocatione dat Episcopis hu-
 milismodi alas, inspirans eis volatum hunc ad solitudinem status Religiosi,
 tanquam securioris magisque collecti: praecipue cum adest aliquod im-
 pedimentum ad proprium officium recte peragendum. Qua ratione Re-
 ligiosam vitam hoc honore & ornamento afficit, non solum educens ex ea
 numeros & excellentes Episcopos ac Pontifices ad Ecclesiae suae bonum
 & ornamentum; sed etiam eosdem reuocans, vt postquam aliquo tempo-
 re bene suo munere sunt perfuncti, illud deserant; & redeant ad quietem,
 quam in angulo Religionis prius habebant. Quod fecit Caelestinus V. qui
 educus ex Religione ad Summum Pontificatum, intra sex menses, illum
 resignans ac deserens, cum totius mundi stupore ad priorem suum statum
 est reuersus. Et S. Gregor. Nazianz. suum etiam deseruit Episcopatum, vt
 ad optatam suam solitudinem se reciperet. Et multi alij idem fecerunt, oc-
 culantes Episcopalem dignitatem, vt cum maiori humilitate in Religione vi-
 uerent, alij q; seruirent; fugientes honorem, quem in saeculo dignitas merebatur.

DEINQUE diuina Prouidentia fauere voluit parti Religionum, exten-
 dens & amplificans illas per omnes totius Christianitatis nationes ac pro-
 uincias, conuocans ex eis omnibus homines ad eas condendas, ne vlla esset
 Christiana natio, quae non esset patriceps domus huius, quam ad suam glo-
 riam

Cap. 2.

2. 2. 189. a. 7

19 q. 2. c.
sunt dua le-
ges.
S. Thom. 2. 2.
q. 185. a. 4.C. nisi cum
primum ex-
tra de re-
nunciacioneVide Platū
lib. 2. c. 27.§. 29.
Exempla
Pontifi-
cum & E-
piscopo-
rum.

4.

riam ipse erexit. Et propter eandem causam voluit: fundatores Religionum esse nationum diuersarum. Nam SS. Benedictus, & Franciscus fuerunt in Italia; SS. Brunus & Bernardus, Galli; SS. Dominicus & Ignarius, Hispani; & alij fuerunt aliarum nationum. Et ipsæ Religiones in diuersis Prouincijs: aliqua in Italia; alia in Hispania, aut Gallia, aut Germania: vt omnes honorem hunc assequerentur illustrium adeo familiarum nobilitate & præstantia: & ita maiori inter se amore coniunguntur, dum hoc bonum alia ab alijs participant.

CAPVT III.

DEVM DOMINVM NOSTRVM SENSIM PER *conciones & hortationes Religiosorum, & præclara exempla, feruentisque eorum Orationes, vocare multos ad statum Religiosum.*

Tract. 1. c. 2.
& 21.
Vocatio
Dei ad Religionem
duplex.

Colla. 3. c. 4

Tract. 3. c. 9

à Prov. 9. 2.



VOCATIO ad statum Religiosum miram illam varietatem habet, quam posuimus in primo Tomo, habere vocationem ingressum in Ecclesiam, aut gratia statum. Alia enim est interna, quam Deus efficit per seipsum & suas illustrationes & inspirationes; alia est externa, quam facit per alios homines, quos accipit tanquam instrumenta ad eam faciendam: quales sunt Concionatores & Confessarij, alijque viri spirituales & feruentes. Quorum consilijs, & exemplis (vt ait Cassianus) alios ad Religionem vocat, non minus efficacitate, quam cum id per seipsum facit. Inter hos viros primum locum (vt supra est dictum) obtinent ipsarum Religionum fundatores; & post eos viri valde exemplares, qui quasi earundem sunt columnæ. Nam quem admodum Christus Dominus noster per seipsum vocauit duodecim Apostolos, & alios discipulos; sed per eos postea vocauit & conuertit reliquum mundum ad suam condendam Ecclesiam: ita etiam per seipsum vocatione speciali vocauit Religionum fundatores, addens eis numerum aliquem electorum sociorum, quibus succedunt alij, per quos plures postea vocantur familiam eam condendam & promouendam. Et hoc est quod Salomon dixit: a Sapiens diuinam postquam domum suam ædificasset, misit vocare filios suos, vt multos vocarent ad arcem, & ad mania ciuitatis, quam enim prius domum appellauit, eam nunc ciuitatem appellat, arcem habentem & mo-

res. Quamuis enim Religio, quoad substantiam, vna sit, complectitur tamen quasi ciuitas quaedam multas domos, & variorum Institutorum familias, circumdatas muris diuinæ protectionis, & vororum, & clausurarum suarum; & omnes arcem suam habent, celsitudinem scilicet Evangelicæ perfectionis, quam profitentur; ad quam conscendunt Religiosi vitæ præclarioris exempli, quos ancillas siue seruos appellat, (vt legunt Sancti Cyprianus & Augustinus) eò quod innitantur profundæ Humilitati, Obedientiæ, & Subiectioni. Et quemadmodum inter homines non omnes, qui alteri seruiunt, vocantur serui aut mancipia: sed ij tantum, qui ita sunt perpetuo seruitio obstricti, vt nec fugere possint, nec seruitutem delerere: nec seruiunt vt mercedem facerentur; nec sibi ipsis quicquam retinent; sed quæcunque habent, sunt Dominorum ipsorum: ita perfecti Religiosi, quamuis filiorum spiritu seruiant, ob castum & purum amorem, & non ob seruilem timorem; sunt tamen serui Dei & Iesu Christi, eò quod professionis suæ votis seipsum deuinxerunt perpetuo Dei seruitio, ita vt nec fugere possint; neque felicem hanc & ingenuam seruitutem delerere: nec seruiunt inuitu mercedis; sed ex obligatione, qua tenentur Domino, à quo conditi fuerunt ac redempti: & quæcunque suis laboribus lucrantur, cedunt in gloriam Domini ipsorum; & ad limites ciuitatis, ac domus Religionis, & Ecclesiæ eius terminos amplificandos. Neque in his proprio libitu aut voluntate diriguntur, sed voluntate ac directione Domini sui, illos mittentis & dirigentis. Ac propterea dicitur diuina Sapientia misisse ancillas suas, vt vocarent ad arcem, quorum verborum duplex est insignis ac præclarus sensus.

ALTER est, quod seruos suos miserit, quasi legatos & nuncios ad vocandos & inuitandos homines, non solum ad habitandum & manendum in ciuitate Ecclesiæ, sed etiam ad eius culmen conscendendum, proficere Evangelicam perfectionem in Religione, quam illi inchoant.

ALTER tamen sensus est magis adhuc mysticus: quod ipsos seruos miserit, vt ipsam arcem & muros ciuitatis conscenderent, hoc est perfectionis celsitudinem, vt inde homines vocarent, qui ad eundem locum ascenderent, iuxta illam Isaïæ prophetiam, dicentis: b Super montem excelsum ascendet qui euangelizans Sion: exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizans Ierusalem: c quam pulchri super montes pedes annunciantis & predicantis pacem, annunciantis bonum, predicantis salutem. Tale enim est Saluatoris nostri consilium, vt primum perfectionis montem conscendant qui eius instrumenta sunt futuri ad eandem prædicandam;

Religiosi
(serui do-
mini,

Vide Iasen.
in illa ver-
ba: misit ad
arcem vt
vocarent.

b Isaï. 40. 9
c Cap 52. 7.

dam;

d Mat. 5.

dam; & homines vocandos, qui eam sequantur. Ac propterea, cum ipsi uangelicæ perfectionis legem voluit promulgare, d *ascendit in montem* & celsum, qui, S. August. teste, significabat eius doctrinæ celsitudinem; & simul conduxit suos discipulos, futuros postea eiusdem doctrinæ præceptores. Hunc igitur in modum etiam nunc cupit antiquos Religiosos perfectionis, quam profitentur, sui limitatem concendere; & alios postea vocari qui in eadem ipsos imitentur.

S. I.

1. 2. 9. 189.

EX QVO fit, vt cum alios ad se vocant (vt docet S. Thomas) non solum non malè faciant, si debitis prudentia & moderatione, absque violentia, aut fraude progrediantur: quin potius rem faciant Domino nostro gratissimam, impulsu sequentes Spiritus sancti, illos ad id impulsis, iuxta verbum illud Sancti Ioannis: *a qui audit, dicat, veni*: hoc est, qui Dei vocem audit, oret ipsum supplex, vt veniat ad regnandum in hominibus per gratiam; & inuitet alios ad eandem participandam; fruendumque bonis, quibus ipse gaudet. Quemadmodum Sanctus Andreas, statim post Christum Dominum nostrum nouit, fratrem suum Petrum vocauit, & adduxit eum ad *ESVM*: perfecta enim charitas non est inuidiosa, que proprium tantum querit commodum; sed multorum, & præcipue fratrum suorum; & cupit, vt omnes ipsam comitentur in amando, que ipsa amat; & amplectendum ac possidendum thesaurum, quem ipsa possidet. Et quis hominum, inueniens aurifodinam aded copiosam, vt sufficiens non solum ad ipsum, sed etiam ad omnes suos cognatos & amicos diuitiosos, non illis eandem statim ostenderet; vt cum ipso venientes aurum multum ex ea acciperent? & nominatim, si in ipsius lucrum & utilitatem cecideret, quod alij quoque thesaurum sibi ex ea compararent? Quid igitur aurum, quod qui Religionis thesaurum in campo alias absconditum inuenit, & immensum eius valorem agnouit, statim illum amicis & notis suis manifestet; vt ad eum possidendum accedant, & ita secum multos alios ad Religionem adducat, qui thesauris in ea existentibus fruantur? ita Sanctus Bernardus, cum à Deo ad Ordinem Cisterciensium vocaretur: non enim satis sibi esse existimans, quod solus ingrederetur, ex cognatis & amicis triginta socios collegit, quos secum ad eum deduxit; ac sensim vocauit omnes fratres suos, & multos alios ex diuersis prouincijs. Nam quomodo modum homines huius sæculi optant, post se relinquere filios, qui familiam suam conseruent; & ita, si illos relinquunt, cum magna consolatione moriuntur: nam vt dixit Ecclesiasticus: *et si mortuus est Pater, tamen quasi non est mortuus. Similem enim reliquit post se, in quo viuit eius memoria*.

2. Apoc. 22.

17.

Alios secum ad Religionem trahere quam bonum sit aliorum exemplis patet.

b Ioan. 1. 41

c Eccl. 30. 4.

ita etiam Religiosi sanctè desiderant, & student, spirituales filios post se relinquere, qui Religiosam suam familiam conseruent; & vterius promoveant, quod ipsi inchoarunt, aut conseruarunt. Quos etiam ipse Deus ad id faciendum impellit; quemadmodum cum voluit Eliam ex hoc mundo transire, iussit vocare Eliseum, qui ei in statu prophetico succederet. qui, dum venisset ad Eliseum, misit pallium suum super illum, quasi habitum Prophetæ ei traderet, dixitque ei: *quod meum erat feci tibi*, transmittens in te spiritum meum, qui Eliseus statim vocationi illi obtemperavit, & sequens est Eliam in proximo capite retulimus.

SED quoniam nec verba nec rationes hominis etiam Sancti aliquid valent, nisi Deus cordis portam aperiat, ut eas audiat, & admittat, loquens scilicet etiam ipse sancta sua inspiratione: opus est, ut, qui alterum voluerit inducere & permouere ad sectandam perfectionem, eum in modum loquatur, quem Apostolus insinuauit, dicens: *e ex sinceritate sicut ex Deo, coram Deo, in Christo loquimur*. Sinceritas tunc aderit, si rationes cum puritate gloriæ Dei & boni animatum intentione adferantur, non admixtis respectibus terrenis, vanis, aut propriorum commodorum. Hæc enim vocatio non debet inniti (ut idem Apostolus dixit) *persuasibilibus humane sapientia verbi, sed spiritui & virtuti Dei*. Quare non debet proferri sermo cum aliquo passionis impetu, aut inordinato affectu qui lolet esse cæcus, præceps aut temerarius; sed *ex Deo*, cum motione scilicet & inspiratione ipsius Dei: ut prodeat quasi à diuinæ sapientiæ instrumento; ad vocandos homines, qui in domo eius ipsi seruiant. Et quoniam inspiratio Dei, quieta est, & tranquilla, facitque ut sentiatur quod loquitur, magnam vim & efficacitatem verbis adfert. Et ut Apostolus dixit *g quinque* huiusmodi verba tali modo prolata, præstant *decem millibus* alio spiritu prolatis: quia non solum hominis loquentis sunt verba; sed ipsius Dei, qui per os hominis loquitur. Ad idem confert tertia conditio siue circumstantia, quam posuit Apostolus, scilicet sermo sit *coram Deo*: quasi sermo ipse fiat in eius præsentia: quem supplices oremus, ut ipse loquatur, nostrosque suppleat defectus. Nam cum aliquis cogitur de negotio aliquo cum insigni viro loqui: is studet cum humilitate & subiectione loqui, petitque ab eo dirigi; & magis illius sapientia, suum suppleri defectum. Quare loqui coram Deo, est cum timore, ac diuinæ maiestatis reuerentia loqui: orando cum magna animi demissione, ut cum sit præsens, dignetur verba illa in cor audientis immittere. Acceduntque omnes rationes, quæ proponuntur, sint de Christo Domino: ut, qui eas audit, permoueatur ad eius imitationem: qui præcipuus est Religiosæ vocationis finis, non flectendo voluntatem ad particularem aliquem, ipsum imitandi modum; sed eiusdem Saluato-

3; Re. 19. 9

22. Cor. 2. 17
Sinceritas
ad alios
mouendos
necessaria.
Et. Cor. 2. 4.

Inspiratio
Dei quieta.
g. 1. Cor. 14.
19.

Loqui co-
ram Deo
quid sit.

h. Prov. 9. 4.

i. Marc. 4. 26.

In spec. ex-
empli. verbo
conuersio.
xemp. 23.
pl. 1. t. 3. c.
8.

i. Isai. 14. 11.

ris prouidentia id relinquendo. Is enim feruentes suos prædicatores tra-
quitur, ut in cordibus audientium exactius, repetat verba, quæ audierunt.
Ac propterea Sapiens dixit: ipsam *diuinam Sapientiam*, cum *misi anciam*,
ut vocarent ad arcem, etiam per se *h. loquentem esse insipientibus*, & inter
vocatione illos vocasse. Et ipsemet Saluator dixit: sic esse regnum
quemadmodum si homo *iiciat sementem in terram*, & dormiat, & *semen*
minet, & *increscat, dum nescit ille*. Diuina enim prouidentia curam suscipit
se, & que ipsum augmentum: quare vocanti incumbit tantum sementem
vocationis externo uo uerbo iacere in corda audientium; & considerat
uinæ prouidentia, quod sit reliqua suppletura. Ita fecit quidam Religio-
Ordinis Sancti Dominici, qui eum uisitasset quendam virum licentia
multis delictis deditum; ei ualedicens, dixit uerba illa Isaiæ: *subter te ierunt*
linea, & *operimentum tuum erunt vermes*, & ita discessit, committens Dom-
nostro, ut illi sementi uirtutem & efficacitatem daret. Quod ille fecit
citer: nam repetens ad cor eius uiri eadem uerba, ad eum profunde illud per-
trantur, ut relictis omnibus, decreuerit ingredi Religionem.

§. 2.

Tract. 2. c. 12.

Et tract. 1. c.

11.

Lib. 24.

Mor. cap. 16.

21. Reg. 10. 5.

10.

In Duce spi-

rit. tract. 2. c.

10. §. 4. alia

ob causam

hoc fuit ex-

plicatum.

SED QUONIAM hortari uerbis & rationibus ad perfectionis hanc
impletendum non semper est medium satis accommodatum & ef-
cax ad omnino persuadendum: est aliud magis uniuersale, minus
suspectum, per exempla scilicet insignis sanctitatis, quæ ipsis oculis
nuntur, quæ (ut in primo tomo est dictum) sunt Vocationis diuinae
media ad conuertendos peccatores, & iustos perficiendos: immo etiam
ad utrosque permouendos, ut Religiosum statum amplectantur. Sicut
nim (ut ait Sanctus Gregorius) uia quædam lectio, non solum per
nis Euangelicæ; sed facilitatis quoque & incunditatis, quæ sentitur
ius exercitio. Videntes enim alios homines similes nobis exercen-
tes cum magna tranquillitate & incunditate uirtutes Religiosas: concep-
mus spem, quod & nos poterimus easdem exercere. Et tunc accipit
Spiritus Sancti inspiratio, commutans cor timidum & ignauium in
mosam; additque illi spiritum & animum, ut sese illis coniungat ad
uiuendum. Meminerimus congregationis filiorum Prophetarum, quæ
supra diximus fuisse illius temporis Religiosos, qui descendebant a ex
le Dei, & ante eos præcedebant psalterium & tympanum, & rebæ & cy-
ra, prophetantes & laudantes Deum in illis instrumentis, quod uidentem Sal-
cùm esset humilis, & paruus in oculis suis, *insiluit in eum spiritus Domini*, &
prophetauit in medio eorum, cum tanta omnium admiratione, ut dicerent

In. 11.

ad inuicem: *quam res accidit filio Cui? num & Saul inter Prophetas?* quid autem totum illud fuit aliud, quam imago quaedam mutationis, quam diuina vocatio efficit per boni exempli Religiosos: quorum exercitia significantur per *Psalteria* decem chordarum: & per *sympana*, quæ conficiuntur ex pellibus mortuorum animalium; & per *cytharas*, quæ musicam reddunt uide nauem; & per *tibias*: quæ in exequijs inflabantur. Nam ferè omnes Religiones fundantur in diuinorum præceptorum & consiliorum obedientia, in mortificatione carnis, eiusque passionum ac sensuum; in laudibus Dei cum orationibus & canticis; & in ministerijs erga proximos, quorum miserijs illi compatiuntur. His aded præclaris operibus, quæ multi simul cum animorum coniunctione, & magno spiritus feruore exercent efficiunt celestem quandam harmoniam, quæ homines sæculares, illam uident, ualde ædificat, ac lætificat: & sæpè euenit ut repente spiritus Domini in eos descendat, inspiretque, ut sanctæ aded Congregationi sese coniungant, mutans eos in viros alios, ut desinant esse quod prius erant; & incipiant esse quod non erant. Nam (ut Sanctus Gregorius perpendit, moralem huius historie sensum proponens) qui prius erat carnalis, incipit esse spiritalis; qui tepidus ualde esse solebat, incipit esse ualde feruens; qui prius effusus uidebatur ad res externas, & negotijs sæcularibus ac prophanis totus occupatus, repente se uidet ab eis expeditum, rebusque internis omnino intentum & addictum; temporalia omnia contemnentem & suspirantem æterna: ideoque, cum seipsum aspicit, non agnoscit: quod uideat se ita mutatum, obstupescit, cum cogitat, quid fuerit, & quid iam sit, & quomodo possit aded diuersus esse, quam antea fuerit. Eodem etiam stupore tenentur, qui quales ante eundem uiderunt aded longè distantem ab eo, qui nunc est; dicuntque sibi mirum, quænam res accidit huic viro, qui ab huiusmodi cogitationibus aded remotus erat? heri inter homines sæculares uersabatur, omnique uitiorum generi seruiebat; nunc autem eundem uidemus inter Prophetas, recollectum inter Religiosos, occupari in exercitijs humilibus. Quid hoc rei? quis tantam attulit mutationem? quibus medijs & rationibus ad eam faciendam est inductus? à te Deus meus, sunt huiusmodi mutationes: *b hac uerè mutatio dextera excelsi*: quæ talem suggerit inspirationem, ac perficit uocationem, quæ tanquam medio utitur exemplari Religiosorum perfectorum uita, qua homines sæculares uerè in alios viros permutas! alij enim uitam suam mutant illecti rara & excellenti obedientia, quæ in aliquibus Religionibus præluet; alij afficiuntur magis asperitate & seueritate, quam in alijs Religionibus uident; alij magis admittuntur coniunctionem & charitatem mutuum & zelum proximorum animas iuuandi; alij trahuntur magis oratione, choro, & alijs diuini cultus

Lib. 4. Reg.
c. 5.

b Psal. 66. u

operibus : quisque tamen ex Dei vocatione eam Religionem eligit, in
 magis videt elucere, quod illi adfert maiorem admirationem; magis que
 citat ad sectandam deuotionem. Stupenda fuit vtri cuiusdam nobilissimi
 ditissimi vocatio, qui accedens ad monasterium Clareuallense, & ingressus
 Capitulum, in quo Monachi erant, vt ab eis peteret Orationes apud Deum
 animaduertens ordinem; magnamque quietem, quam ibi seruabant. In
 vultus eorum quasi Angelicos, repente sensit interius moueri, tantum
 esse mutatum, vt statim decreuerit & constituerit, in sancta illa Societas
 permanere, nec ab ea amplius exire, nec quidem vt suis valediceret, nisi
 suis negotijs aliquid statueret.

SED vltcrius progrediuntur stupendæ mutationes in hoc diuina voca-
 tionis genere. Non enim pij tantum, bonæque conscientie homines
 huiusmodi exemplis permouentur; sed etiam discipuli valde in suis
 bus (qui tanquam hostes alios Religiosos persequuntur, sicut Saul per-
 sequebatur Christianos) permutantur etiam cum eis, accedente
 Domini potenti sua vocatione, ad eos permuandos. Non fuit adeo
 rum, quod Saul cum in suis oculis esset paruulus, mutaretur videns
 Prophetarum: sed illud meritò admirationem adfert, quòd idem
 uenerit, cum infensus esset Dauidi, quem crudeliter persequabatur. *Nam
 tunc (ait Scriptura diuina) misit Saul leuitos, vt raperent Dauid: qui
 viderunt cuneum Prophetarum vaticinantium, & Samuelem stantem super
 factus est etiam spiritus Domini in illis, & prophetare ceperunt etiam ipsi.
 cum nunciatum esset Sauli, misit & alios nuncios: prophetarum autem
 li, & rursus misit Saul tertios nuncios, qui & ipsi prophetarunt. Et
 ins iracundia Saul voluit ipse ire ac Dauidem comprehendere, & cum
 peruenisset ad locum, vbi erant Prophetæ laudantes Deum, factus est
 super eum spiritus Domini, & exspoliavit ipse se vestimentis suis, & propheta-
 cum ceteris coram Samuele, & cecidit (siue vt alius textus habet, cecidit
 manus tota die illa & nocte. O diuinæ Sapientie altitudinem! o diuinæ vo-
 cationis efficacitatem! fugiens Dauid hostes suos, confugit ad filios Pro-
 phetarum sibi persuadens, se inter illos ob protectionem & curam, quæ
 Deus illorum gerit, fore tutum; nec deceptus est; nihil enim tutius, quam
 ex mundo fugere, & ad Religionem se recipere, in qua Deus noster pro-
 liari sua prouidentia Religiosos protegit, & ab hostibus ac persequen-
 tibus tuetur. Sed quomodo eos tuetur? mittens scilicet illis sæpe celestis
 spirationis suæ spiritum: quo ex inimicis reddit amicos; & ex persequen-
 tibus, imitatores perfectionis, quam antea persequabantur. Nam quam
 aded sint duri & obstinati, sicut ipse Saul; diuina tamen gratia est potentior
 & vel ipso aded sanctæ Congregationis aspectu, ita illos permutat, vt ipse*

Viri nobi-
 lis stupen-
 da vocatio.

Diuina vo-
 catione et-
 iam disci-
 pli permou-
 entur.

ci. Reg. 19.
 o.

Nihil tutius
 quam
 ad Religio-
 nem.

erit se prophanis suis vestibus exuant, induant verò Ephod, vestem scilicet Religiosam; & ita die ac nocte occupentur in laudibus Dei, cuius hæ sunt mutationes. Stupendus fuit casus, qui Sancto Bernardo euenit cum quodam homine cupiente peruertere quendam nouitium, & multa mala de Religiosis obloquentem: cui ipse prædixit, fore vt & ipse fieret Religiosus, qui valde propter hoc verbum iratus, respondit, se in hoc aduertere Sanctum Bernardum esse falsum Prophetam, vt qui nunquam esset visurus, quod prædicebat: Sed præualuit gratia & misericordia Domini, quæ breui post tempore ita illum permutauit memoria & recordatione exemplorum, quæ apud ipsos Religiosos viderat: vt decreuerit & constituerit illi imitari, & sæculari habitu deposito, Religiosum induere, & professionem completi reliquorum Religiosorum.

§. 3.

EX His licet colligere, quam teneamur, qui sumus Religiosi, exemplarè Eadem vitam instituere, vt valeat peccatores conuertere; ac tepidis, qui nobis se coniunxerint, adferre feruorem: nobis certò persuadentes, quod possimus bonis nostris exemplis, quæ sunt muti prædicatores, conuocare multos; qui, quam profitemur Religionem, promoueant. Meminerimus, quando in publicum prodimus, debere nos instar filiorum Prophetarum; multis sanctorum operum instituti nostri instrumenta præferre, tanta quiete ac modestia, tanto ordine & feruore spiritus, vt omnes aspicientes recreent, & alliciant; quibus tanquam tibijs vtatur Deus ad eos vocandos, quos ad nostrum Institutum prælegit. Ducamus honori quod ancilla simus diuinæ Sapientiæ, & ascendamus ad Euangelicæ perfectionis arcem adeo perfectam, talem ducentes vitam, vt ipsamet clamet, vocetque homines, qui illam sequantur. & ita opera nostra coram hominibus splendeant, vt glorificent patrem nostrum qui in caelis est; & matrem nostram, ipsam scilicet Religionem. Propterea enim dixit Salomon: *b* filium sapientem letificare patrem: filium verò stultum mœstitiâ esse matris suæ. Ignauus enim Religiosus a perfecta vita Religiosa degenerans, contristat matrem suam, hoc est, Religionem; & quod in ipsis est, eius opinionem apud alios immittunt, & afficiunt iniuria; multisque filiis eam priuant, qui eandem potissent exornare & amplificare: At feruentes & perfecti & ipsam Deum, & Religionem letificant, adducunt multos ad eam amplectendam; de quorum mutatione exultant Angeli, huius familiæ custodes; & iusti, qui eiusdem sunt membra. Qui alia quoque speciali obligatione tenentur ad seruandam & promouendam Instituti sui conseruationem & amplificatio-

Casus memorabilis.

Lib. 4. c. 3. vita eius.

a Mai. 5. 16.

b Pro. 10. 1.

nem continuis suis ac feruentibus orationibus, quibus ieiunia etiam di-
 lias penitencias adiungant. Orationes enim Religiosorum, media sunt
 quibus diuina prouidentia utitur, ad vocandos homines, ut illos im-
 tur. Neque Oratio dat solum verbis & exemplis Religiosorum efficien-
 tem; sed ipsa etiam sola potens est hanc apud Deum vocationem impet-
 re. Et quamuis ipsi in Eremo versentur, nec habeant consuetudinem con-
 secularibus hominibus, neque ab eis videantur, (quales erant primi Mo-
 nachii Cistercienses) poterunt tamen suis Orationibus a Deo obtinere, ut pa-
 set, tangatque multorum fidelium corda: ut ad suam familiam augendam
 dilatandam, accedant. De Sancto Dominico scribitur quod, petentibus in
 Monachis, orauerit Deum, ut Magistrum quendam Reginaldum ad ipsius
 ordinem vocaret: & cum nec verbo cum eo hac de re actum esset, sequens
 tamen die hora Primæ, venit Reginaldus, & petijt Ordinis illius habitum
 promissio enim illa Saluatoris non habet limitem aut terminum: *c. p. d. q. d.*
dabitur vobis, Et si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, ut
e arbori huic, eradicare & transplantare in mare: obediet vobis. Nam diuina Om-
nipotentia propter vestram Orationem, fidei adeoq; feruenti fiducia con-
iunctam, ita cor hominis, etiam profundissimas radices in mundo habentem
tangeret, ut ipsemet gaudens relinquat omnia, seque in ipsam Religionem
transferat. Nec sine mysterio Dominus noster hanc fidem comparat cum
grano sinapis, quod minimum est omnibus seminibus, sed cum creuerit, maior est
omnibus oleribus, & fit arbor, ita ut volucres celi habitent in ramis eius. Nam unus-
quisque Religiosus deberet esse sicut illud granum: paruum quidem ob hu-
mitatem; sed magnus & efficax ob spiritus feruorem: ita contendendo in
perfectiōe crescere, ut multi seculares ad ipsius Societatem accedant. Et
cum pro seipso orat, potest ac debet hoc titulo & nomine, inter alia petere
humiliter, ita se perfectum ac feruentem fieri, ut multi alij per ipsum acci-
dant, ad Deo magna cum perfectiōe seruiendum. Talis fuit sponsus O-
ratio, dilecto suo dicentis: g. trabe me: post te curremus in odorem unguentorum
tuorum. quasi distinctius dixerit: trabe me, DEVS meus, tanta vi & efficacitate
ut in tuo seruitio magno seruore currant: me enim sic currente, non solum
te sequar; sed meis Orationibus, colloquijs, & exemplis contendam,
ut multi alij mecum simul currant, excitati & recreati odore
præstantium donorum, quæ amplectentibus
Euangelica consilia lar-
ris.

c Luc. 11. 9.
 d Mat. 17. 19
 e Luc. 17. 6.

f Mat. 13. 31.

g Cant. 1. 3.

CAPVT IV.

DOMINVM DEVM NOSTRVM AD RELIGIOSVM STATIM VOCARE, manifestando vocatis diuina sua luce duplex diluuium, culpae & poenarum, quibus mundus inundat, & naufragium facit.



VM DIVINA VOCATIO, de qua nunc agimus, efficere intendat mutationem quandam spiritualem, educendo hominem ex loco periculoso, in quo versatur, ipso scilicet mundo; & trāsferendo ad locum tutiorem, hoc est ipsam Religionem, cum in modum quo Deus dixit Abrahamo: *a egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo Patris tui, & veni in terram, quam monstrabo tibi.* Fit vt via duplici, quod intendit, consequatur. Aliquando enim luce sua supernaturali calamitates & pericula huius mundi nobis manifestat; aut in ea incidere permittit: vt ea horreamus & euitemus; aliquando bona & excellentias Religionis ostendit, aut etiam delibandas praebet; vt illam amemus & amplectamur, quamuis semper cum horum vnum operie manifestat, aliquid alterius ostendit, propter connexionem, quam haec duo inter se habent. Quoniam autem homines efficacius moueri solent timore malorum, quae oculis cernunt; quam spe bonorum, quae tantum fide credunt: solet etiam diuina Vocatio incipere à manifestatione ingentium malorum huius mundi, non dico mundi, quae etiam infideles complectitur; sed quae est congregatio peccatorum: qui, etsi fidem teneant, effrenes tamen sunt ad delicias, diuitias, & honores mundanas: quorum famem & miserias fusiùs indicauimus initio primi Tomi, quibus ea nunc addemus, quae ad praesens faciunt institutum.

a Gen. 12. 1.

Tract. 1. ca. 1. §. 6.

§. 1.

COITEMVS itaque mundum hunc duplici diluuiò submersum, altero culpae, altero poenarum earundem. Quemadmodum enim in diebus Noe rupti sunt omnes fontes abyssi magna, hoc est maris, & cataractae, hoc est nubes, aperiuntur; factumque est diluuium magnum, quo omnes

a Gen 7. 11.

omnes

b Ose. 4. 1.

omnes homines ob sua peccata perierunt; paucis exceptis, qui Dei
 inspiratione & mandato in arcam se receperunt. Ita licet existimare, fuit
 & flumina amoris proprii, hoc est, carnis propensioes, ruptas & commo-
 tas esse; & propter eas fuisse inferni portas apertas; vt exeuntes inde car-
 nes ad homines tentandos, diluuiio illos submergant innumerabilium pec-
 catorum; quod sequatur altera poenarum, & miseriarum innumerabili-
 rum aliquas caelum immitteret; aliae ab ipsamet effraeni carne proueniant;
 aliae, quas ipsimet homines fouent ac promouent, dum alij alios perleque-
 tur. Propter quod Oseas Propheta gemens dixit: *b non est veritas: & non
 misericordia, & non est scientia Dei in terra; maledictum, & mendacum, & homici-
 cidium, & furtum, & adulterium mundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit
 propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis, qui habitat in ea, n bestia agri, &
 volucre caeli: sed & pisces maris congregabuntur, & peribunt.* Quibus ver-
 aptius exprimi potuerunt haec diluuii, quae fluctuum suorum multitudine
 aded furiosè mundum submergunt, vt fluctus vnus peccatorum alterum
 sequatur; & culparum abyssus, poenarum conuocet abyssum, ob communi-
 nem, quam inter se mutuo habent? nam si deest in mundo veritas, quae
 replebitur mendacijs ac falsitatibus; & si non est fidelitas, quid erunt
 probationes, & fraudes? si non est misericordia, quid erunt, nisi fouea
 si non est scientia Dei, quae hominum intelligentias dirigat: omnes videntur
 absque freno, suosque sequentur appetitus; si mundus est diluuium in-
 murationum & furtozum: quis tutam habebit suam famam, & fortunam
 est inundatio adulteriorum, & vltionum: quis tutus erit in domo sua, in
 persona sua? si huius sanguinis fluctus alij alios sine intermissione sequun-
 tur: quis eos euadet? *Propter hoc (ait Oseas) lugebit terra: si enim oculum
 lugendum haberet, amarissimè lugeret damna, quae hinc illi propter
 Luget ob maledictionem, quam Deus ob Adami peccatum in eam pro-
 cit, luget ob supplicia, quae de caelo propter hominum peccata descendunt:
 luget ob diluuii, ignes, grandines, terrae motus, tremores, ariditates &
 cunctas, quae fructus eius deuorant; luget sollicitudinem & habitantium
 sectum; ed quod pestilentiae, bella, irae, & vltiones, a plis feris crudeliter
 ipsam desolarunt; luget denique ed quod eius habitatores sint infirmi, im-
 melici, & exhausti; & proximi vt pereant, quorum propria vita san-
 laedunt fortunas consumunt, honorem maculant, solatia diluunt, vitam
 uiant, & mortis carnifici tradunt. Et inter ipsosmet cognatos, amicos, ac
 mesticos (vt Micheas Propheta dicebat, & in alio loco explicuimus) non
 est pax, nulla fidelitas, sed discordia, & contentio, ed perniciosior, quod
 o; cultior.*

Michea 7. 1.
 Tom. 1.
 Tract. 1. 65.

Quæ dicta sunt ostendit Christus D. N. S. Anselmo. proponens illi in
 quadam imaginaria visione ingentem fluvium, valdeque profundum, qui
 magno impetu fluebat, cuius aqua turbida omnino, & sordida erat, eò quòd
 sordes & totius terræ cænum in se reciperet. Adeoque vehemens erat
 impetus eius cursum, ut secum raperet, quotquot ad ripam inueniebatur, viros,
 feminas, diuites, & pauperes, qui gaudebant se in tali aqua vivere, eaque
 vitam adeò sordida oblectabantur. Stupefactus hac visione vir Sanctus, cupiebat
 eius significationem cognoscere; accepitque responsum, quòd fluvius
 ille esset mundus: cuius sordidis delictis aluntur, qui illum diligunt.
 Nam verè nihil aliud est miser hic mundus cum suis omnibus opulentijs,
 honoribus, ac delictijs; nisi furiosus quidam fluvius, celeritè fluens, cuius
 figura (ut dixit Apostolus) celeritè præterit, transiens ab alijs ad alios; ita ut
 nullus habeat in suis bonis stabilitatem; in quo suo fluente siue fluxu colligit
 omnes sordes, cænumque peccatorum, & miseras prædictas; inaque
 turba rapit, quotquot ad ripam inuenit: omnes enim illos trahit secum, qui
 affectu, ipsi approximant, & mundanorum conuersatione delectantur. Qui
 adeò sunt stupidi; ut, quòd infaustis eius bonis potiantur, omnes etiam eius
 immunditias hauriant; (& ut habetur apud Iob) *d quasi aquam bibant immunditatem,*
 & (ut ait Ieremias) *saturantur, e bibentes aquam turbidam ex fluminibus*
Aegypti & Syria; quia eorum honoribus ac diuitijs aluntur, quamuis
 multis culpis & peccatis repleantur. Quod si quaeras, quòd tandem fluxus hic
 dirigatur & perueniat? respondebo: peruenire ad os & ventrem maledicti
 Behemoth: de quo dixit Deus quòd *absorbebit fluxum, & non mirabitur;* &
habet fiduciam, quòd insuat Iordanis in os eius. Quia non solum infidelium
 fluxum, sed etiam Iordanis improborum Christianorum influunt per os
 Harmonis in maledictum eius ventrem, in quo est *stagnum ignis & sulphuris*
 horrendum. meritò autem eos conferimus cum Iordane, quòd significat
 descensum, cuius aquæ velociter fluunt in mare mortuum, vbi & nomen
 Iordanis, & propriam dulcedinem amittit. O infelix munde, hinc
 memore crucis Christi: *cuius Deus venter est, & gloria inanis,* fluasque festinan-
 ter ad tuas dignitates, honores, ac voluptates. Et quamuis videaris ascendere,
 portus descendis: tendis enim in ipsam mortem temporalem & æternam.
 Et corpus descendit ad sepulchrum; anima autem ad mare mortuum,
 hoc est, ad infernum, vbi ita nomen tuum amittes, ut nulla tui memoria super-
 stet, tuæque dulcedo conuertetur in amaritudinem; gloria in confusio-
 nem; & gaudium in plañctum sempiternum. O arca testamenti, Christe
 Iesu, qui ita diuisisti aquas Iordanis, ut *i aquæ descendentes starent in loco tuo,*
ad insular montis firmæ & immunescentes; inferiores verò descenderent in mare

Lib. de similitudinibus cap. 18

1. Co. 7. 5

d Iob. 3. 16. c Iob. 2. 18.

Iob. 40. 18

g Apo 20. 18. s. Hicra. de locis Hebraicis. h Ebr. 3. 19

Iosue 3. 16



mortuum, contine quæso, gratiaque tua comprime vitiorum nostrorum
fluente, vt eorantes in tuo seruitio maneamus; nec permittas sequi
furentem improbi huius mundi fluxum, ne ad infelicem eius terminum
perueniamus.

§. 2.

HÆ SVNT MISERIE, quæ mundum demergunt, quas Deus D. N. mul-
tis suis fidelibus manifestat, vt eas fugiant; seq; ad excelsum Religi-
onis montem recipiant, in quo tutiores vivere possint: mittit enim
lis cœlestis suæ lucis quendam radium, quo ipsorum periculum eis mani-
festat; simulque in eorum auribus potens quædam vox insonat, modum
viam docens, quâ possint in tutum portum venire, & saluari dicens, illa
cor illud Isaie: *a recedite, recedite, exite inde, pollutum eius nolite tangere: non
damni qui fertis vasa Domini. Quoniam non in tumultu exibitis, neque in ira
properabitis, precedet enim vos Dominus, & congregabit vos Deus Israel.* Testi-
ficat eis, vt exeant, fugiant, & recedant ex malo mundo; ad significandam illi
celeritatem ac velocitatem exeundi, & recedendi, quam poterunt remem-
simè: vt euadant tres eius laqueos diuitiarum, honorum, & voluptatum
cupiditatum, vanitatum, & sensualitatum; recedendo etiam ab impro-
prietatibus, ne illorum culpas addiscant, ac proinde pœnarum fiant partu-
cipēs. Sicut vox illa de cœlo in Apocalypsi clamabat. *b exite de illa (Babylone)
ne participes sitis delictorum eius, & ne de plagis eius accipiat. Pollutum
quit, nolite tangere, quod polluat animas vestras: eò quòd elegerim vos
vt portetis vasa Domini; & in domo mea seruiatis mihi, quam decet
nis puritas & sanctitas. c Nolite* (inquit Apostolus quasi hunc locum de-
clarans) *ingum ducere cum infidelibus: qua enim participatio iustitiae cum in-
iquitate? aut qua societas luci cum tenebris? qua autem conuentio Christi ad
qui consensus templi Dei cum idolis? vos enim estis templum Dei vivi. Propter
quod exite de medio eorum & separamini dicit Dominus, & mandatum
tegeritis: & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios.*
Si igitur desideratis esse filij lucis, amici IESU Christi, templa Dei vi-
ui; hanc vocationem diuinam audite, & filios tenebrarum fugite, an-
cos Sathana, & falsorum eius idolorum templa. Ne fugam hanc timore
precedet enim vos Dominus, & recipiet, facietque vobis viam planam, &
superabit iuineris illius difficultates. si Aegyptij vos insequantur: ille sa-
riam illorum reprimet; si mare rubrum, horrenda scilicet impedimenta
vobis occurrent: ille medium diuidet, vt sicis pedibus possitis ad solitu-
dinem sacrae Religionis peruenire, & mare mortuum inferni euadere. Ne-
que existimetis vos fugere tanquam victos; sed discedere tanquam victo-
res: nam mundum pro Christi amore fugere, est ipsum mundum vincere.

a 1. Isai. 52. 11

b Apo. 18. 4

c 1. Co. 6. 14

non timiditatis hæc est fuga, sed magna fortitudinis indicium: ne pudeat (ait S. Ambrosius) sæculum fugere: nam peccatum fugere, vt Christum sequamini, res est insignis & gloriosa.

VERVM quidem est, has sententias & rationes pertinere etiam ad omnes electos, quos Deus vocat, vt ita mundum fugiant, ne eius improbitatibus se immisceant: sed multò aliter mundum fugiunt, qui ad Religionem se recipiunt: quàm Iusti extra eam manentes. Hi enim ita mundum fugiunt, vt valde prope ipsos mundanos adhuc hæreant cum periculo ad eorum factionem transeundi, in qua submergantur eodem diluuiò, quo illi pereunt. Nam Matrimonij onera, diuitiæ, honores, & curæ sæculi illos post se trahunt, vt ament magnificæ faciunt, quod ipse mundus magnè altimat: ex quo idolum sibi faciunt cum iniuria Dei viuientis. At, qui Religionem ingrediuntur, valde procul à mundo fugiunt, & Societate ac motibus mundanorum: ideoque tutiores ab eo sunt, magisque expediti, ne eorum miseriarum participes fiant. Quemadmodum optime perpendit sanctus Gregorius Nilis: nus dicens: quemadmodum ingentia flumina, quæ inundatione solent proprium alueum exire, magnam faciunt stragem in ijs, qui prope habitant; nec tamen valde procul manentes attingunt; ita miser hic mundus solùm eos demergit, qui sponte ad ipsius accedunt fluentia, & prope ad ipsius fluctus perueniunt: qui verò ab eo recedunt, quieti viuunt ac securi. Quam obrem cum sæculari vitæ tanta malorum copia sit coniuncta; praestans remedium est, ab ea recedere: nam habitantes Sodomam non possunt eius flammam effugere; & qui à seruitute Pharaonis cupit liberari, exire debet ex Aegypto, & transire non mare rubrum, sed nigrum huius mundi; & cum Loth conscendere montem, & cum Israëlitis ingredi solitudinem sanctæ Religionis, hæc Nilenus.

DISTINCTIVS tamen adhuc huius vocationis formam explicauerunt Angeli, cum iusserunt Loth exire de Sodomis, ne ibi combureretur: *ne sitis, inquit, in omni circa Regione, sed in monte sabum te fac: ne & tu similiter pereas.* Rogante autem ipso Loth, vt liceret sibi manere in quadam ciuitate parua quæ vocabatur Segor, Angeli annuerunt eius imbecillitati, sed cum exiisset ex Sodomis, & vidisset horrendum ignem, quo illæ conflagrabant: non existimauit, satis se tutum esse in Segor; & ita ascendit in illum montem, ad quem Angeli prius ascendere iusserant. Hanc igitur in modum lolet vocatio diuina nos inuitate, vt procul à Sodomis, ac deprauato hoc mundo recedamus; ascendamus verò ad montem Religionis, locum scilicet multò securiorem. Sed multi non statim tantum animi habent, vt procul adeò recedant, nec ad tantam perfectionis celsitudinem conscendant, contenti remanere in

Li de Fuga
sæculi ca. 4.

Lib. de Vir
gin. cap 4.

d Gen. 19. 17

communi vitæ Christianæ planitiæ, & saluari in Segor, statu scilicet com-
 pli, & sæculari. At postea copiosiori cœlesti luce illustrati, periculum ad-
 tunc, si maneat in ciuitate Segor, quæ propè Sodomam est: ed quod mundum
 ignis scintillæ ex Sodomâ ad illos perueniunt: cùm scilicet horrenda tem-
 natum cupiditatum incendia, sustineant, cum periculo in eis pereundi, pro-
 pterea enim vocatur Segor: (quæ vox significat paruam ciuitatem; quæ
 pauci sunt, qui purè in sæculo viuunt, si cum ijs conferantur, qui in eodem
 pereunt & conflagrant:) quod periculum vt euadant, consilium mutarunt
 volunt in planitiæ illa manere, ne Sodomis sint vicini, sed primum Ango-
 rum consilium, ac diuinam Vocationem amplectentes, ascendunt in ma-
 tem statûs Religiosi & perfectionis Euangelicæ; in quo sint magis ab
 remoti, ac de sua salute securi. Quò enim fuerimus perfectiores: ed
 Nissenus) erimus tutiores; & quò altiores erimus in sanctitate: ed erimus
 ab iniquitate remotiores; & quò magis à mundo segregati: ed erimus
 proximiores; & quò magis occasiones & communicationem cum homi-
 bus sæcularibus vitauerimus: ed erimus puriores & ab imitatione
 illorum remotiores. Ac propterea Sanctus ille Propheta dicebat: *ed qui
 bit me in solitudine diuersorum viatorum, & derelinquam populum meum, & re-
 cedam ab eis? quia omnes adulteri sunt, cœtus preuicatorum, vnusquisq; se a pro-
 imo suo custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam.* Diuersioria
 rum in solitudine sunt sacra Religiones à mundi tumultu & strepitu
 rata: in quo verè est congregatio adulterorum, & fasciculus proditionis
 contra DEVM, & traditorum contra proximum: quos omnes fugere debet
 quicumque cupit esse perfectus, & cum S. Iob desiderat *f requiescere in
 Regibus & consulis terra, qui adificanti sibi solitudines.* Qui autem sunt hi
 Reges & Consules, nisi felicissimi huius Statûs fundatores: Re-
 ges enim sunt, ed quod nouerunt se ipsos regere, suasque passiones impo-
 rio rationis subijcere; & consules sunt, ed quod optimum consilium
 plexi sunt sequendi Euangelica consilia; & alij suadent, vt eadem sequan-
 tur. Ac propterea adificauerunt domus suas in solitudine, sanctas scilicet Re-
 ligiones; ad quas se recipiunt Religiosi, qui à sæculi periculis recedentes
 eorum vestigia sequuntur; vt quietam vitam ducentes, certiore sibi faciant
 ac tutiorem viam cœlestem, ascendentes spiritu super ipsas nubes, ne de-
 per se descendant diluua, quæ sæculares ac mandanos homines demer-
 gunt.

Suprà.

c Iera. 9. 2.

I Iob. 3. 14.

I Isa. 58. 14.
I Lib. 31. 110.
I cap. 9.

HINC fauor ille est, & studium singulare, quod promisit Dominus per
 Iaiam dicens: *g sustollam te super altitudines terre:* Latet autem magnum mys-
 terium in eo, quod non dixerit, *sustollam te super terræ profunditates:*
sed super eius altitudines. Nam (vt Sanctus Gregorius aduertit) terra suas
 habet

CAPVT V.

QVI MISERANDA MVNDI HVIVS DILVYIA experti non sunt, faciori vocatione opus habent, vt illum deserant. Et quam excelsum sit beneficium efficax hac vocatione, & qua ratione gratia pro ea agenda.



V M CVLPARVM ac miseriarum diluua praedicta non comprehenderunt aliquos in saeculo manentes; siue quod iam adhuc sint aetatis; siue quod Deus ad breue aliquod tempus grauioribus culpis eos praeseruaerit, & illis prosperitate, & quam bonorumque temporalium copiam concesserit; siue quod ista diuinis suis inspirationibus eos vocet, vt saeculum deserentes, vitam amplectantur Religiosam: magnam sentiunt difficultatem, huiusmodi vocationi obtemperandi: Tum enim cor habent diuitijs, alijsque bonis, quae possident valde addictum: (quod autem quis multum diligit, difficile deserit) sibi persuadent, se per totam vitam posse in ea puritate perdurare, quam breui illo tempore tenuerunt. Cuius rei sufficiens indicium est, & testimonium a Adolescenti ille, cuius alias fecimus mentionem, qui a iuuentute sua omnia mandata custodierat, b eratq; diues valde: quem cum Christus Dominus Noster ad se sequendum vocaret, contristatus est valde, nec aures praebuit vocationi. ex qua occasione conuersus Christus Dominus ad suos discipulos dixit: *facilius esse camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum caelorum.* Hac sententia significans, vitam Euangelicam & perfectam, quam Religiones profitentur esse instar alicuius acus: cuius cuspis valde est acuta propter asperitates, quibus pungit ipsam carnem; sed & foramen est valde angustum: nam c porta vite est valde angusta, quae non capit tumentia & Superbos huius mundi; nec diuites, se de suis diuitijs iactantes, ingressum per eam inueniunt; nec nobiles, qui suae nobilitati; nec Sapientes, qui suae sapientijs multum tribuunt, & proprijs iudicijs credunt; nec qui se iustos, & in mundi fluctibus tutos esse arbitrantur; sed qui verè sunt humiles, & in suis oculis paruuli, suisque viribus & industrijs dissidunt; timentq; ne saeculi tempestatibus iactati pereant. Ac propterea recipere se volunt in tutum Sacrae Religionis portum, obediètes Dei vocationi, dicenti: *si quis est paruulus veniat ad me.* qui diuinam sequantur vocationem: quia pauci se paruulos reputant & tantum assumunt ad sequendam Saluatoris paruitalè. Qui (vt SS. Augustinus & Gregorius explicant) hoc in loco similem se fecit Camelo, cuius naturalem humilitatem & subiectionem fuit imitatus, dum se humiliavit, vt per angustum acus foramen transiret, quod figura est eius passionis; in qua multus do-

Varia saecularium persuasio.

a Mat. 19. 20
b Luc. 18. 23.

c Mat. 4. 14

d Prov. 9. 4

Lib. 2. de qq.
Euan. c. 47.
Lib. 3. Moral. c. 17.

us do

his doloribus fuit pūctus, opprobrijs abiectus, & tanquā vermis calcatus: Vt sic superbiā ac pertinaciā diuitum, ac potentiū huius mundi confunderet. Ac propterea de se ipso dixit: facilius esse transire se tanquā Camelum per angustū acūs foramen, quā aliquem Superborū; & arrogantū diuitum inire in regnum caelorum, acceptando perfectionis Euangelicæ doctrinam; hincq; eius vitæ paupertatem & nuditatem sequendo. Nam si tres illi ad eam *mutati*, venire recusarunt, ne ad breue tempus rerum vsu, quas possidebant, carerent: quantò magis restitissent vocationi, si dictum eis fuisset, vt earundem rerum Dominio in perpetuum rēnucciarent.

§. I,

SED NE DISCIPVLI omnino de salute diffident horum diuitum, addeat statim: *a apud homines hoc impossibile est, apud Deū autē omnia possibilia sūt*, insinuans (vt S. Greg. explicat:) esse opus rarū & prodigiosum, quoddam aliis aliis diues, ad ipsum perfecte sequendū, permoueatur: omnipotentiaē dei esse perfacile. si enim corpus suū gloriosum ad eod potuit subtile reddere, vt in minima hostiæ cōsecratæ parte integrū poneret, quæ per foramen acūs posset pertrāsire; & idē potest de camelo facere: etiā poterit diuitum & potentiū huius mūdi corda, ita subtilia reddere, & à rebus quas possident exuere: vt possint per angustū vitæ Religiosæ foramē trāsire, exuentes se rebus omnibus, vt possint ipsi seruire. Quāuis autē extraordinaria suæ vocationis efficacitate possit in momēto hāc efficere mutationē in ijs quos vocat, quæ admodū fecit eū S. Mattheo: sed ordinariē hęc mirabilia facit paulatim, inspirationes & internos cordis tactus tāta efficacitate multiplicās, vt tāta quādā violentia corda mutet, & ex ipso mūdo euellat. Cuius rei iucūdam quādā imaginē habemus in ea ratione, quā vsus est ad Iustū Lothē Sodomis educēdū. misit enim duos Angelos è cælo, qui iuberēt, b *illū statim cū duobus filiis exire*, addētes, vt eos etiā moneret, quos iā in suos genes elegerat, ut simul & illi exirēt; eod quodd cōstituisset Deus, Ciuitatē illam delolare. Sed generi, quibus *visus est Loth*, quasi ludēs loqui, ei nō obediuerūt. Et ipsemet valde seniebat exitū illū ex Sodomis, & ita cunctabatur exire. Quē tunc Angeli cogebāt, & vrgebāt, vt exiret; *disimulare autē illo, apprehenderunt manus eius, & vi quasi eū eduxerūt*. magnā certē adfert admirationē sancti huius cunctatio, ac repugnātia in exitu è Sodomis! Quod eius generi difficiles essent, nō ad eod erat mirū: cū in ea eisēt nati; haberētq; suos parētes & amicos, bonosq; sua stabilia; ac tenerētur et proprijs voluptatibus q̄ verò eos monebat, ac ciuitatis delolationē minabatur, erat quidā aduena: de cuius dictis, ac minis dubitare poterāt: an ex arte id faceret, vt sic deceptos secū abduceret. Sed magnū stuporē adfert, q̄ cū ipse c *Loth vir esset iustus, & habitās* (vt ait S. Petrus) *apud eos, qui de die in diem animam Iustam iniquis operibus cruciabant;*

& agnos-

e Luc. 14. 17

a Mat. 19. 26
Luc. 18. 27.
Lib. 4. Mo
ral. c. 22.

b Gen. 19. 14

c 1. Petr. 2. 8

& agnoscens eos, qui ipsum monebant, esse Angelos; & quod ipso Sodomitas cecitate percussissent à minimo usq; ad maximum, qui fores effringere voluit, ut nec ostium inuenire possent; nihilominus ad eum illis esset graue, ciuitatem deferere; opusq; esset, ut Angeli, videntes nec verba nec rationes ad illud suadendum sufficere, per manum eum accipere. Quasi vi, inde educere illi tanta repugnantia? tantę more, ac difficultas? certe non aliunde, quam si diues esset, & potens; multosq; haberet greges, qui in illis campis pascuntur; & ipse valde esset affectus ad illius terrę pulchritudinem, & fecunditatem, quę erat dicitur paradysus Domini. Quare et si iustus esset; quia tantum addictum habebat, & quodammodo alligatum illis bonis, repugnans tristabatur in eis deferendis; & re ipsa nunquam ea deseruisset, nisi Angelus ut dictum est, illum coëgissent.

d Gen. 13. 10

In ipsum igitur euenit aliquibus ac periculis in graui peccata laborantibus: etiam si Dei inspirationes audiant, & internos pulsus habent ad mundum deserendum, nisi perire cum ipsis mundatis velint: oblatam tamen; & quasi nihil tale audirent, dissimulant: eò quod habentes cogitationes iucundis huius vitę bonis valde addictum, & parentes ac notos, suasque uirtutes, deliciasq; nimis amantes: non habent animũ, res ad eum sibi charas deferendi. Quam obrem Deus D. N. utens interdum occultorum suorum maiorum rigore, eos permittit in mundo remanere, suasque propensiones, qui: quod fecit cũ illo e Adolescente, qui suarum diuitiarũ affectu tenuitatem quem nec secundò vocauit, neq; uisit, ut rediret: sicut etiam nec Lothi gentes, ut e Sodomis exirent, coëgit; sed in ea perire permisit; nec tres illas uirtutes ad carnem, iterũ inuitauit; sed in sua reliquit pertinacem. Sed aliquid tamen, licet rarò extraordinaria uirtus misericordia, cogendo nõ uoluntatem contra eorum uoluntatem: sed valde suauiter & efficaciter, cũ tanta illuminatione ac cęlestium inspirationũ inundantia, ut illi statuant deserere populum, quod tantoperè amant, tantiq; faciunt: ut nudi nudum Iesum sequantur. Et fortè hoc mysterium insinuatur in eo facto Lothi, ad quẽ duo Angeli in ciuitate venerunt, ut e Sodomis educerent, eũ ad id uel unus sufficisset: nam huiusmodi homines ex tot mundi labyrinthis educendos, duplicatis operibus auxilijs est opus, Et ut S. Ioannes Climachus aduertit: non sine causa ad totum populum Israël ex Aegypto deducendum, non sunt missi Angeli, sed duo homines Moyses & Aaron: ad educendum autem vel unicum famulum, & quidẽ paruam, & quatuor tantũ personarum, e Sodomis uenerunt Angeli: nec opus hoc solis hominibus fuit commissum, si enim spiritum sanctum in exitu inspiciamus, difficilior secundus hic fuit, quã primus: nam populus ille Israël in Aegypto valde opprimebatur, & à Pharaone tyrannice

e Mat. 19. 17

Quare duo
Angeli ad
Loth uen-
erunt.
Gradu. 1.

tractabatur; quos ipsi aduersitates & incommoda impellebant, vt ex tā-
ta miseria exirent. At Loth eiusq; familia abundabant, vt diximus, diuitijs &
prosperitatibus: certū est autē, multo facilius deserere mundū eos, qui in
eo aduersa & tribulationes patiuntur: quā qui prospera in eodē vtuntur for-
tuna. Nō itaq; mirū est, sufficere homines ad vocandū pauperem & afflic-
tū; opus verō esse Angelis, ad efficaciter vocandum diuitē, ac delitijs deditum.

§. 2.

¶ XIJS, quæ in hoc & proximo capite sunt dicta, satis apparet, quantum
est beneficium, quod Deus suos electos ita vocet, ad mundū deserēdum,
vocationi pareant, prius quam ipsius mūdi diluuiā eos demergat, & flum-
ine comburant. Nam hæc duæ similitudines valde produnt bona, quæ hoc
beneficium complectitur. Quis dicet non fuisse insignem Dei fauorem erga
Noë, cū volens mundum diluuiō perdere, iussit illum arcam fabricare, in
qua a ipse *Et omnis eius domus saluaretur*? Quāuis enim arca illa, præcipuē fac-
ta vniuersalis Ecclesiæ figura, vt alio loco fusiū ostendimus; potest tamen
oprime applicari ad sacras Religiones, quarum vnaquæque est quasi vna ali-
qua arca, mandato & inspiratione Dei fabricata: qui eius fundatorem elegit
tanquam alterum Noë qui *gratiam inuenit in eius oculis*, & per quē arcam cō-
firmat Religionis, in qua ipse cum tota familia sua saluaretur: & a peccato-
rum diluuiō, quod plucimos homines in sæculo demergit, defenderet. Sin-
gulari enim prouidentia eos in eadem arca includit, & in vnione & fraterna
charitate cum magna pace & concordia conseruat, sustentans eos corporali-
bus & spiritualibus cibis, quos in ipsa arca habent. Et quamuis diluuij aquæ,
hoc est peccata & miseria huius mundi eam deforis circumdant: non tamē
ingrediuntur quia *includit enim Dominus deforis*, supplens, quod ipse Noë fa-
cere non potuit. peculiari enim sua protectione protegit ac tuetur intus
residentes: si volunt vti ea clausura, votis ac Regulis, quibus in illo statu cir-
cumdati sunt & muniti. Et quemadmodum diluuij aquæ eleuauerunt arcam
in sublime à terra, ita horum peccatorum ac miseriarum aspectus & affli-
ctiones, quæ Religiosis ex eis proueniūt, efficiunt, vt ipsi à terra eleuentur,
& spirita procul à rebus his abiectis recedant, ascendentes ad contempla-
tionem rerum cœlestium ac diuinarum; & sic securius nauigant absq; pe-
riculo illidendi nauim, aut in rupem aliquam impingendi in suæ nauiga-
tionis decursu. Quæ omnia bona illis eueniunt ex eo, quod Sapiētia diui-
na, quæ arcam illam fabricauit, est eius gubernatrix *et per contemptibile lignum
lignum gubernans*, hoc est, per quandam vitæ rationem, quæ in hominum sæ-
cularium oculis contemptibilis videtur: ed quod fun detur in paupertate,
humiliatione, & asperitate crucis: qua tamen ratione protegit ac defendit
eos, qui illam amplectuntur: ne ipsius mundi miseria illos demergant.

a Gen 7.1.
In Dusa
spirit.

1ra. 2.6. 12.

b 1er. 17.

c Sap. 10.4.



QVOD SI magnum fauorem ac studium censeretur fecisse Deus Noë
 à diluuiò eū liberarit: quis dicet non fuisse ingentē illum fauorem, qui
 ostendit in ipsum Loth, ab incendio eum liberando? quamuis autem ma-
 gnum fuerit beneficium, quòd eum à corporali incendio liberauit, quòd se
 doma conflagrauit; multò fuit maius, quòd ab spiritali liberarit, vitiorum
 & carnalitatum, quibus animæ Sodomitarum, quibus ipse cohabitabat, con-
 flagrabant. Similem etiam fauorem ostendit idem Dominus noster Abra-
 hamo, cum ei dixit: *Ego Dominus, qui eduxi te de Ur*, hoc est ab igne, *Chal-
 daorum*. Et quamuis aliqui dixerint: beneficium hoc fuisse, quòd Deus mi-
 culosè liberauerit Abrahamum ab igne, quem Chaldæi illi minabantur, et
 ignem ipsum quasi Deum adoraret: magis tamen consonum est, quòd scri-
 ptura sacra ignem Chaldæorum appellet incendiū vitiorum, quæ infanti-
 nis Iustum illum combussissent, nisi eum Deus inde eduxisset, cum ei dixit:
egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. cui voci magis
 cum voluptate ille obtemperauit: quia ex alieno periculo proprium agnos-
 uit, & videns suos conciuēs eo igne conflagrare, timuit, ne & ipse periret,
 nisi se ab eis subduceret. Conijce igitur oculos per ipsum mundum, & con-
 sponde, quot adolescentes ac Virgines, luxuriæ igne conflagrant, quæ
 eis accendit per suasio, aut malum libidinoforum exemplum, quibus cum co-
 habitabant, aspice quot nobiles; quot viri Eruditi, eò quòd mundi leges im-
 sectati, permiserunt se ab igne iræ, aut ambitionis comburi: quem hominum
 mundani, cum quibus ipsi versabantur, accendebant, & fouebant. Perpende
 item: quot diuites iam ardent in inferno, cupientes vel vnicam aquæ por-
 tam, ad refrigerandam suam linguam: nec sit tamen qui eam illis præbeat,
 eò quòd non extinxerint ipsi ignem cupiditatum, qui in infelicibus eorum
 cordibus fuit in hac vita accensus. Quod si te Deus vocat, vt mundum lo-
 gas, accipe exemplam ex alieno damno, priusquam illud ipse experiaris. Ne
 esto sicut infelices illi irridentes Noë, quòd se in arcam reciperet; & Loth,
 quòd fugeret ex Sodomis; iudicantes iocos esse, pœnas, quas illi mina sicut
 & paulò post viderunt, se fuisse delusos, cum aquis submergerentur, & igne
 conflagrarent. Si enim tu diuinæ Vocationi resistis, eosque irrides, qui vo-
 dent fugere mundum, existimans eos nimis rem exaggerare, cum id dubi-
 tant, cum minimè cogitaueris, inuenies te, sicut illi, delusum. Quod si Deus
 tantum in te contulit beneficium, vt ex huiusmodi periculis eruerit: gratias
 pro bono beneficio illi age, dicens cum Dauide: *nisi quia Dominus erat in
 nobis, cum exurgerent homines in nos forte viues degluttissent nos: cum irasceretur
 furor eorum in nos, forsitan aqua absorbuisset nos: benedictus sit Dominus, qui non
 dedit nos in captiōem dentibus eorum: quia anima nostra sicut passer erepta est de
 quo venantium*. Vt autē cum magno tuo solatio in vocatione tua persevera-

d Gen. 15. 7.

Vide Glo. ib.

c Gen. 11. 3.

psal. 123. 1.

re polli

te possis attentius interdum perpende pericula, ex quibus te Deus eripuit, gaudens de securitate loci, in quo manes. Memento quod postquam Noë ingressus est arcam; nūquam exire inde voluit durate diluuiū; sed ipse tota q; familia eius, & omnia animalia vescabantur cibis, qui erant in arca: interdū tamen suos emittebat exploratore, vt intelligeret, quid in mūdo fieret: mittit autem g columbam & coruum, inter quos hoc interfuit, quod colūba, cū nō inuenisset, vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad eū in arcā; coruus autē cū cadauera inuenisset, quibus fami suae satisfaceret, non est amplius ad eū reuersus, Hūc ingitur in modū, cū tanto beneficio sis à Deo affectus, vt in arcā Religionis te induxerit: dàda tibi opera est, vt in ea semper maneas; (nā diluuiū peccatorū & miseriarū, quę mundū domergūt, semper durat) & occupa te in comedēdis spiritualibus cibis, qui sunt in ea; & non alijs, vt sic spirituale animæ vitā cōserues, donec cōsequaris æternā. expediat tamē, interdū mittere exploratores, qui videāt quid in mundo agatur, meditationes scilicet & cōsiderationes horredū diluuij vitiorū, quę nunquā in eo cessant; ita tamē, vt nō corui animo ex eas ad solaria quæreda in rebus mundanis & sensualibus; sed spiritu colūbe, eadē meditādo, eo modo quo dicebat Rex Ezechias: h meditādo vt cō-

g Gen. 8. 7.

h 1/a. 38. 14

i Ps. 121. 14

k Gen. 19. 26

l Lib. de Neli

et Arc. 5. 2

l Gene. 8. 20

nis ob acceptum beneficium, ab eo exigatur. Hæc enim mora iudicium non exigua ingratitude: sed statim, antequam gratiarum actio ab ipse tatur, debet ipse illam reddere optimo, quo poterit modo, quemadmodum fecit Noë, cuius holocaustum adeo placuit Domino eò quod proficere tur ex corde valde humili & grato: vt dixerit, *nequaquam ultra maledixero se terra propter homines, nec percussurum ultra diluio omnem animam cuius sciat fecerat.* Offeras igitur & tu Deo sacrificia continuatum laudū, eò quod à mundi diluio te eduxerit: si enim in hac humili grata que recognoscit tanti beneficij perseveraueris, iuuerit te ipse Dominus, ne vnquam amplius aliquo diluio ostendaris.

CAPVT VI.

VOCATIONEM ALIQUANDO EX TENTATIONIBVS, *laxius*
 & miseris temporalibus oriri; & quæ ratione illa felicem interdum habeat exitum.



AD MIRABILIS EST Sapia diuina in suis consilijs, ad uocandos & conuertendos filios hominum, eos præcipue, qui prosperè, ventoq; secundo nauigant in hac vita. Quamuis enim interdum uocationis suæ efficacitatem coniungat cum laudate interioris sui tactus & impulsus: interdum tamen fortis horrendos adhibet tactus exteriores: a *sepiens* (vt ait Olcas) *uiam eorum in quò puncti, & læsi oculos aperient: & quid sibi expediat, animaduertent.* Sic sensim asperiora adhibet media, quæ aptiora sint ad eorum pertinaciam vincendam: ita vt detectionem suæ deceptionis ex proprijs incommodis uertant: permittens eos tangi; & experiri diluuium culpæ, aut reum temporalium infortunium.

a *Os. 2. 6.*

I.

SUNT enim imprimis aliqui ita naturali suæ constitutioni fidentes, ut Eleemosynis, & alijs pijs operibus, quæ præstant, aut facturos se existimant, vt licet Deus cælesti luce pericula illis ostendat, quibus in mundo manentibus sunt expositi, vt sic eum deserant: ipsi tamen occulta quædam Superbia tantum sibi tribuunt: vt existiment, etiamsi in sæculo permaneant se illa pericula euasuros; dicunt que illud Sancti Petri in nocte passionis Christi: *iam si omnes scandalizati fuerint: ego nunquam scandalizabor;* & quamuis multi coniugati ac sæculares dantur, se tamē saluandos: qui etiam in medio diluuii ac diluio huius mundi sciunt, se præseruare. Adduntq; multo esse gloriosius cõtra tẽtationes pugnare, quã illas fugere; & maiore esse honoris esse cū c *Iob* bonum inter malos, quã bonū esse inter bonos: sic n. se splendentes inter sæculares, d *sicut liliū inter spinas, & e læcere sicut luminaria in medio tenebrarum.*

b *Mat. 26. 33.*

c *Iob. 1. 1.*

d *Cant. 1.*

e *Phil. 2. 15.*

nu 178

per praua ac peruersa mundi. Quibus apparentibus rationibus à dæmone. & proprio suo spiritu decepti resistunt diuinæ Vocationi inspiranti securum Religionis statum.

Ex quo (vt S. Thomas bene perpedit) prouenit, vt citius diuinam vocatione sequantur peccatores grauius peccatis læsi & vulnerati; quã iusti suæ innocentiæ multum tribuentes. Primi enim timent se damnandos, nisi mundum deleterent; secundi autem tantum sibi arrogant, vt etiam existiment, se facile saluandos etiam si mundum non deserant. Quod S. Doctor probat exemplo duorum illorum diuitum, quos Christus Dominus vocauit ad se: alterum in virtutibus, alterum in vitijs exercitatos: & qui in vitijs, f. *Matthæus* saluatus, statim est ipsam sequutus; alter vero g. *adolecens* ille, qui præcepta à iuuentute sua custodiuerat, resistit vocationi. Ideo q; Phariseis qui in se tantum iusti confidebant, dixit: *h amen dico vobis, quia publicani & meretrices præcedent vos in Regnũ Dei*, quia consilia, quæ vos contemnitis, amplectuntur.

§ I.

Videns itaque Deus horum hominum arrogantiam, quã ipsius Vocationi resistunt, volens illos humiliare & terrere, permittit vexari horrendis tentationibus; & interdum miserandis lapsibus: vt ipsa experientia agnoscant periculum sibi in mundo imminens, illudque celeriter fugiant. Quemadmodum de Loth dicebamus, qui securum se existimabat in a. *Segor*: quando autem incendia vidit Sodomorum, fumumque percipit, & sulphuris fetorem: mente mutata, *ascendit in montem*; ita, qui prius se in seculo existimabant, quando fumus hic fetor que tentationum ac turbationum, ob ea quæ vident & audiunt inter ipsos sæculares, illos tangunt mentem mutant, & vocationi diuinæ obediens, ascendunt ad montem sacre Religionis, dicentes cum Dauide: *b cor meum conturbatũ est in me, & formido mortis occidit super me: timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebrae. & dixi: quis dabit mihi pennas sicut columbae, & volabo, & requiescam!* quasi quisque illorum dicat; vtinam Deus animum mihi & cordis firmitudinem daret, vt ad locum separatam ac tutum me recipere: in quo desenderet me à periculis, in quibus video me constitutum. Vix autem Dauid verba illa dixerat, cum Deus, qui periculum illud, ad bonum hoc desiderium excitandum, permisisset, dedit ei alas, quas cupiebat, vt voti fieret compotus: quare statim addit: *ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine.* O felix votatus, qui hominem à terra eleuat! & beata fuga, quæ eundem procul à seculo remouet; facitque manere in solitudine vitæ Religiosæ, vbi saluum eum sunt à *periculis* nimiate spiritus, quæ ipsum affligit, & à *tempestate* tentationum, quæ ipsam oppugnat.

NE TAMEN tutum te esse existimes apparentiã rationum, quas tuatibi

2. 2. q. 189. Art. 1. ad 1.

f. Mat. 9. 9. g. ca. 19. 22.

h. cap. 21. 31.

a. Gen. 19. 30.

b. Psal. 54. 5.

2.



>> suggerit arrogantia, vt in sæculo remaneas, audi S. Hieronymi ad eas res
 >> sionem. Nolo, inquit, in mundo certare cum spe falis victoriæ: ne per
 >> lo exponar eam aliquando amittendi; sed fugio. Nam si mansero, aut vici
 >> aut succumbam; cur igitur, quod certum est, deseram, & eligam quod
 >> dubium? si mortem euadere volumus id faciemus, aut armis pugnando, aut
 >> pedibus fugiendo. Tu qui in mundo pugnas: vincere potes, ac vincere potes
 >> fugio, si in eo quod fugio non vinco; fugio tamen ne vincat. Non est tamen
 >> prope serpentē accūbere, ac dormire, nā et si potest esse, q̄ me non mordeat
 >> potest tñ esse, q̄ aliquando mordeat; & quod eius morsus sit lethalis. Tamen
 >> igitur est ab eo, fugiendo, recedere; nā hæc fuga nō infidelitatis, aut diffide
 >> tiæ; sed magnæ prudētiæ, & cautela^l iudiciū est. Nimiū præceps est, ait S. C
 >> prianus, qui transire cōtendit, vbi aliū conspexerit cecidisse; & vehementer
 >> infrenis, cui non incurritur timor, alio pereunte; aduersa est confidentia in
 >> periculis vitam suam pro certo commendat: lubrica spes est, quæ inter
 >> menta peccati saluari se sperat. Incerta victoria est inter hostilē armam
 >> gnare. Et impossibilis liberatio est flammis cucumdari, nec ardere. Quæ
 >> Salomon non negat dicens: *cuius poteris abscondere in sinu suo ignem: aut
 >> lare super prunas, vt non comburantur planta eius.* In hac parte expedit plus
 >> nē timere, quàm malè fidere; & vtilius est infirmum se homo agnoscere,
 >> fortis existat; quàm fortis videri velit, & infirmus emergat. Magnæ prudē
 >> tiæ est periculis non se gratis offerre: cū scriptum sit: *d qui amat periculum
 >> peribit in illo*; ille autem in hoc casu periculum amare censetur, qui Deo
 >> spirante & speciali Vocatione, vt à mundo exeat vocante: id facere recusat.
 >> Hæc enim inspiratio & vocatio iudicium est, quod mundus sit ipse per
 >> riculosus, ac propterea eum vocat, vt inde exeat. Non quod status in se ipso
 >> sus sit necessarius, vt ipse saluetur: sed, quod multi adeo sint debiles, & per
 >> candi occasiones, quas in mundo habeat, adeo vehementes: vt difficillime
 >> saluentur, nisi diuinæ inspirationi obedienter, eas fugiant. In quo sentit
 >> capiendum est, quod sanctus Gregorius dixit Mauritio Cæsari, Durum
 >> legem ab eo latam, quâ prohibebantur milites admitti ad Religionem
 >> quam ipse dicit esse iniustam, eo quod cæli portam insultis occludat, qui non
 >> possent nisi omnibus renunciant, salutem consequi, ob horrenda & con
 >> tinua pericula, quæ ex eis proueniunt. Denique esto sit gloriosum, esse bo
 >> num inter malos, & liliū inter spinas; (quod meritò coniti omnis debet
 >> qui inter eos permanere cogitur) hoc ipsum tamen est difficile, ac rarum
 >> & periculo expositum, ne obtineatur ab eo; qui, vt omnia deserat, à Deo
 >> vocatur; & ex vana sua arrogantia id facere recusat. præcipue cū, per
 >> ctum esse inter Perfectos, non solum sit facilius, sed etiam gloriosius: cum
 >> alioquin adolescenti illi, qui inter homines sæculares bonus erat, non dicitur
 >>

Lib. de sin
 gularis, Cla
 rita in initio

c Pro 9. 27.

d Eccl 9. 27

Lib. 2. ep. 01.

let Christus D. N. *esi vis perfectus esse, veni sequere me.* Ex quo colligitur, valde temerarium esse, diuinæ vocationi, propter apparentes hæc rationes resistere: cum sit certum, alterum è duobus necessarîo sequiturum: aut quod Dominus Deus noster talem relinquat in periculis mundi, sicut reliquit illum adolescentem: quæ est valde horrenda puniitio; aut permittat te aded tentari, & à periculis imminetibus premi, vt ipsamet deceptionem hanc cum magno tui incommodo tibi detegant; detque vexatio intellectum, ad sequendum & amplectendum, quod antea horrebas.

§. 2.

ALIA QVOQVE VIA vitur Deus ad huius generis homines, de quibus agimus, vocando: quam Cassianus necessitatis vocationem appellat: cum scilicet huiusmodi rebelles suis diuinis inspirationibus, permittit affligi indigentia & miseris temporalibus, quæ repente illos adouantur; vt tædio quodam affecti, mundum ipsum detestentur ac deserant. In quo valde splendet ipsa Dei illos vocantis sapientia. Cum enim eos videat aded mundo addictos & affectos; & quod sponte nolint illum deserere: permittit, eundem mundum ipsos detestari, & à se repellere; ita malè eos tractando, vt ipsa necessitas eum deserendi excitet desiderium. Et accedens in tali occasione Deus inspiratione sua, facile ab eis obtinet, quidquid vult. Cuius rei figura fuit; quod euenit a viro cuiusdam *Egyptio seruo viri Amalecua,* quem *dominus reliquerat in agro, eò quod egrotare capisset, & ex itinere defatigatus, eum sequi non potuisset, quem cum inuenisset Dauid; curauit ei cibum dari, qui cum comedisset, reuersus est spiritus eius, & refocillatus est.* Eum igitur Dauid accepit itineris ducem, vt Amalecitas insequeretur. Quid aliud (ait S. Greg.) puer hic *Egyptius* significat, nisi huius sæculi amatores? qui diu non desunt in eius seruitio occupantur, quærentes in suis omnibus operibus quidquid ille amat, & magni facit. In qua occupatione incidunt in morbum quem ac defatigationem; permittente Deo Domino nostro, (vt primo seruo fuit dicitur) eos incidere in euentus valde aduersos; b *Et sequentibus amatores suos (vt dixit Oleeas) non apprehendant eos, eorumque conatus sint irriti, donec ipse met mundus eos deserat, & tanquam inutiles sibi, aut aduersantes, à se repellat.* Et quid aliud est, permittere eos à Regum & Principum gratia excidere, aut dignitates & officia, quibus fungebantur, aut conantur obtinere, illis auferre, aut eos facultatibus, honore, aut fama, quæ gaudebant spoliare: nisi quod mundus eos à se repellit, aut in medio itineris, vt dicitur, illos deserit, permittens eos in magnas deuenire calamitates; vt hac ratione fidelia illorum obsequia remuneret. Sed tunc opportunè accedit Deus noster, renouans ac recetes mittens inspirationes, quibus eos excitet & degustandum præbens panem lacrymarum, vinumque compun-

ctiois

c Mat. 19. 21

Collat. 3. 6. 5

21. Re. 30. 1

Li. 5. Mora. cap. 29.

Tract. 1. c. 3. b Osee 2. 7.

ci. Reg. 2.8.

tionis, eos planè confortat, & re ipsa in suos adscribit socios, & militie religioſæ, ac perfectæ vitæ milites efficit; & interdum facit eos duces adimas expugnandas, instituens per eos bellum aduersùs ipsam mundaniam, quo eos deduxit, eò quòd nouerit ipse *conuolare de puluere egenum se de puluere erigere pauperem, & collocare eos inter principes populi sui, suos scilicet hostes, ut hac ratione insignia sint Instrumenta, ad egregia in bonum animarum facinora aggredienda.*

Collat. 3. c. 5.

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

Hoc perpendit benè Cassianus, dicens: hanc uocationem, quæ ad hunc modi aliqua necessitate ducit originem etsi uilibus principijs inuitatur, sed tamen tamè prosperos sæpè fines habere. Nam ab ea viros aliquos inceptis postea spiritu feruentissimi, & in omni uirtute perfecti existerunt, & consimiles, qui optimo principio aggressi Domini famulatum, reliquam quoque vitam laudabili feruore spiritus exegerunt; sicut è contra euentum qui à perfecta uocatione incepterunt, tepesfacti, ad vituperabilem finem ceciderint. Ac proinde sicut illis nihil obfuit, quòd non suo uiderentur merito, sed necessitatis impulsione conuersi, quippe quibus hanc ipsam uocationem, qua conuinceretur, Domini benignitas procurauit: ita etiam omnino nihil profuit, sublimiora habuisse conuersionis principia, quam studuerunt, reliquam vitam termino congruo terminare. Quid enim profuit Iudæ, Apostolatus sublimissimum gradum eodem ordine, quo Petrus & ceterique Apostoli asciti sunt, uoluntariè suscepisse; qui uocationis suæ per clara principia, cupiditatis, ac Phylargiæ pestifero sine colummannis, uia ad traditionem Domini crudelissimus parricida prorupit? aut quid obfuit Paulo, quod repète cæcatus ad uiam salutis uelut inuitus uidetur attractus; postea Dominum tanto animi feruore sectatus in initium necessitatis, uoluntaria deuotione consummans, gloriosam tantis uirtutibus uiam comparabiliter conclusit. Quod idè euenit Abbati Mosi: nihil enim ei defuit ad perfectam beatitudinis meritum, quòd metu mortis, quæ ei propter homicidij crimen tentabatur, impulsus, ad Monasterium se recepit; quia ita necessitate conuersionis arripuit; ut eam in uoluntatem propria animi uirtute conuertens ad perfectionis summa peruenerit. Hæc Cassianus. Quæ innumeris insignium uirorum exemplis licet confirmare qui mundum, aliqua necessitate conuulsos fugientes, eò peruenerunt, ut fierent Ecclesiæ lumina, fundantes, tanquam Christi ipsius Duces, Religiones nouas; aut nouum splendore prius fatuatis adferentes. Duo oculi siue lumina Eremiticæ vitæ fuerunt Paulus primus Eremita, & Magnus Arsenius; & uterque vitæ suæ modum cepit fugiens persequutionem: alter quidem Decij, alter discipuli sui Arcadij. Sanctus Hieronymus fundator fuit insignis Religionis, cuius tamen uocatio origines habuit, eò quòd particeps aliquo modo fuisset mortis cuiusdam hominis.

Val.

VALDE rogabat S. Bernardus Gerardum fratrem suum, vt mundum de-
sereret; sed nolente eo sanctas ipsius admonitiones audire, apponens vir san-
ctus digitum suum ad eius latus, dixit: veniet tempus & quidem breui, quo
husta infixa in hoc latus aperiatur; vt consilium, quod modò contemnis,
ad cor tuum peneret. Et ita euenit, intra paucos enim dies captus fuit ab ho-
stibus suis, & idem latus hasta vulneratum. Quod vulnus vbi sensit, magnis
clamoribus dicebat: monachus sum, monachus sum Cisterciensis: Et statim
voto se obstrinxit; si Deus ab illa captiuitate illum liberaret, se monachum
futurum. Liberatus ergo, votum suum impleuit; & adeò insignis euasit Re-
ligiosus, qualem licet videre ex sermone, quem idem S. Bernardus eius fra-
ter de felici eius vita & morte habuit. Huiusmodi exemplis abundat histo-
ria sacra Ram Religionum: quamuis non adeò sint necessaria humanatum
historiarum exempla, cum adsit certissimum quoddam in historia diuina,
vocationis sc. filij prodigi: qui cum à magna prosperitate cecidisset, & fu-
gite coperet ingentem e famem, qua cruciabatur, & in fame officium pasce-
re periret, quod à mundo acceperat, redijt ad domum paternam; Et à patre
liberatus, & restitutus, vt maiores fauores ac beneuolentiam ipse ex-
petere, quam frater eius maior, qui fideliter & constanter parenti seruiet,
et ex hoc intelligas quocumq; modo ad Dei domum accedas, etià fugies
mundum, & carum fructus. Christo Dominū tibi adiuu prabiturum, quia d
deus dicitur, vt faceret voluntatē Patris, qui misit eum: cuius voluntas est, vt ne-
mō ex ludat omnium, qui ad ipsam deducuntur: etiā si catenis ferreis vin-
cti, & à calamitatibus coacti deducantur. Nouit enim ipse gratiā suā com-
mutare has catenas necessitatis in alias quæ sint charitatis eleuās sic venien-
tium intentionem à terrenis ad cælestia, & ab humanis ad diuina. Quamuis
etiam Christus D. N. libenter admittat venientes ad suam scholam, fugien-
tes in cōmoda & calamitates mundi: non tamē placet illi, quod veniant præ-
cipue ob temporales commoditates, quasi hoc in Religione quærant, vt suæ
paupertati cōsulant, famē expleant, & honorificè viuant. Hoc enim nō esset
mundū deserere, sed eundē secū adducere, eumq; Religionis habitu tegere
ac vestire. Non est id sequi Christū nudū in cruce, sed querere Christū, quē
ad diuitem, & in quodā gloria throno collocatū, qualē sibi sinxerat scriba il-
le, qui ea mente & intentione dixit ipsi Christo: *Magister, sequar te quocumq;*
eris, cui statim Christus respondit: vulpes foveas habent, & volucres celi nidus;
quis autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Atq; si apertius ei dixisset:
si me vis sequi, existimans me futurum Regem, teque in meo comitatu di-
uitem futurum, ac honorandum: valde erras. Ego enim tota vita mea adeò
pauper sum futurus, vt nec locum proprium habeam, in quo caput meum
reclinem. Qui hoc animo ad Religionem se conferunt, non ingrediuntur

In eius vita
lib. 2. c. 3.


Serm. 16. in
Cantica.

c. Luc. 15. 16.

d. Ioan. 6. 38

c. Mat. 8. 19

Luc. 9. 57



Tb. 1. Tra
2. cap. 3.

per portam roetans, nisi mutent intentionem. Huius enim vitæ necessitas
 possunt quidem esse causæ, & veluti calcæria, vt quis mundum deserat
 ad Religionem recipiat: sed huius receptionis & ingressus finis præcipuus
 nõ debet esse illarum necessitatum remedium quærere. Quare videtur
 flos D. N. marcos ipsum sequi, quos paterat in deserto: volens eorum imi-
 tationem ad excellentiorem finem dirigere, dixit: *queritis me, quia manducaui
 panibus. Esaturus estis: operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vita æter-
 nam, quæ filius hominis dabit vobis.* Voluit enim eis Dominus dicere, nõ imi-
 tis me sequi ob finem ad eum leuem, & abiectionem: atq; est cibus corporis, & quæ
 enimq; aliud temporale bonum; nõ id totum est corruptibile: anima autem
 strata est æterna, quæ propterea opus habet cibo non corruptibili, & bono
 ternis. Propter illa igitur laborate, illa quærere, & propter eadem me sequi
 nisi: nam ego copiosè vobis illa tradam: quæuis neq; reliqua illa temporalia
 na, tanquam additamenta, tradere negligam. Deniq; ad nostrum propo-
 spectat, quod Plinius dixit de gemma, quæ Evangelium g. *preciosam margaritam*
 vocat, estq; figura vitæ religiosa. Nã quemadmodum gemma ex rore de ca-
 lo descendente generatur, recepto in cõcha marina; & quod ros est copiosus
 ed gemma maior euadit; qui si purus sit; illa est valde candida & pulchra:
 autè ille turbidus est ob nubes & tonitrua; illa quoq; obscurior est ac duntaxat
 ita etiã vita Religiosa generatur in anima, à cælesti diuinæ Vocacionis in-
 spirationis rore: quæ quod est efficacior: ed vita Religiosa solet esse perfectior.
 Quod si eadem vocatio pura sit, solumq; propter ipsum Deum & respectum
 cælestes: vita quæ incipitur, pura erit ac cælestis: si autem Vocatio ipsa
 turbata, ob admixtos fines aliquos terrenos, temporalium commodorum
 metus alicuius humani, aut impetus iræ, & cholera: vita erit obscura &
 rum splendens; & interdum Religio ipsa erit inanis, & solo nomine calida
 propterea multum refert, quod vocatio sit cum prædicta puritate.

Ioan. 6. 27

Li 9. ca. 33.
g. Mar. 13. 46

CAPVT VII.

TIMOREM MORTIS, ET VLTIMAM VOCATIONEM *ad exitum ex hac mortali
 vita, esse medium valde efficax ad mundum hunc sine mora deserendum.*

Tract. 1. c. 14

QVONTIAM MORS EST omnium miseriarum temporalium terribilissimum
 transitusq; ad mala, aut bona æterna: idè memoria ac timor eius, præ-
 cipue cum à morbo præsentis, aut alterius mortis exemplo fouetur
 efficacissimum Vocacionis diuinæ medium, non solum ad statum peccati
 deferendum, (vt in primo Tomo est dictum) sed etiam ad omnino renun-
 andum mundo, & statum Religiosum amplectendum. Quare Deus D. N.
 eos, qui ordinarijs & suauibus ipsius inspirationibus rebelles ac pertinaces
 se præbuerunt, vt plurimum solet huiusmodi terroribus dejicere, collocans



eos in mortis periculo, aut caelesti sua luce ostendens eis tremēda illa, quae in ea occurrunt. Nā, (vt S. Hieronymus dixit) facile deserit omnia, qui certò sibi persuadet, se breui moriturum; & absque mora valedicit mundo, qui existimat se breui ad id fore cogendum; nec grauitè fert, à parentibus & amicis suis discedere, qui serè cogitat, eisdè se eos deserturum; & qui firmitè credit, se intra paucos dies tremendam illam vocem auditorum, qua ad exendum ex hoc mundo, & rebus omnibus visibilibus vocetur, ad rationem de suis operibus reddendam & prēmium aut pœnam accipiendam, quam eisdem fuerit promeritus: gaudebit præcul dubio, mortem ipsam præuenire, huius separationis causam; & ingredietur Religionem, in qua, dum quis vivit, moritur: ne horrendos mortis timores damnaque perferat.

Ex quo fit, vt quæadmodum mors terrâ cadaveribus mortuorum replet, sic cuique sepulchrū assignās: ita memoria ac timor eius deserta cōdidit Eremitis, & nūc Religionem replet Religiosis: quorū vita cū Votis suis est perfecta: quæ dā mortis imitatio. (vt meditatione decima primæ partis, est dictū) oēs, n. spōte sua eligūt, mori mūdo, ac tēpestiuè renūciare dominio, iurique diuitiarū, matrimonij, dignitatib. propriarūq; libertati; prius quam ipsa mors hæc omnia illis auferat. quare se ipsos in Religione sepeliunt, vt cū Christo viuant, sicut ipse vixit: imitates in vita eū, q. futurus est eorū iudex in morte; & portantes crucē, quā ipse in se portari, & in eadē morietes, vt per eā ad paradisū ascendāt. Nā (vt S. Chrys. ait) crucē portare, nō est ipsū lignū humeris imponere; sed mortis semper meminisse, & ob oculos semper eā habere; talē vitam instituyendo, quæ sit ipsius mortis imago; nec mortis cuiusuis, sed veræ mortis crucis, imitatio eū, qui in ea est mortuus, vt Sanctæ vitæ nobis exemplum præberet: ita vt perfectè nobis aptetur. q. Apost. dixit: *a mortui estis: & uita uestra est abscondita cū Christo in Deo.* O mortē felicem, (ait S. Bernat.) quæ iustū à culpis mundū cōternat, & quasi aduenā huius sæculi facit! Quare autem mors illa est felix, nisi, quia necesse est, h. nō viuere in se ipso, viuere in Christo; & quasi eius socius sit in Deo ipso absconditus. O dulcis Societas! o securum latibulum! quis potest esse socius iucundior ipso Christo? & q. latibulū securus ipso Deo: o felices mortuos, quibus Christus tanquā socius cōiungitur & Deus tanquā sepulchrū, & intus recessus ipsos recipit! vbi autem illis excipit & abscondit eos, nisi (vt dixit David) *in abscondito facies sua a conturbatione hominū?* & quid dico à cōturbatione hominū? imò nec eò pertingit sollicita & anxia cōturbatio mortis, iudicij, aut inferni; neque horrendi demonū terrores: quia, dum viuerent, omnia hæc studiosè meditati sunt, ac examinari; sicq; ad eandē præpararunt, ita in Religione viuētes, sicut in ipsa mortis hora sunt reuera futuri. Affectu, n. reliquerunt ipsi, quod ipsa poterat illis auferre; seque disposuerunt, vt pericula euaderent, in quæ illa potuisset

Ex S. Ambrosio.

Hamil. 5. ad Popul.

a Colo. 3. 1. Ser. 7. Quædragesima.

b Gal. 2. 20.

c Psal. 30. 2.

d Phil. 1. 21.
Vbi suprâ.

c. 1. Co. 15. 55

Et Tob. 6. 8.

Ex Caesario
in li. de Ex
emplis.

eos conijcere. Quid autem mirum, si mortem illi non timeant: qui spem
sua quotidie moriuntur, & morietes viuunt in suo sepulchro? & quomodo
vixere Christus est: mors reputant lucrum, tanquã transitum ad regnandum
in iplo. Ac propterea S. Chrysostomus dixit, *quotidie moritor*, & mortem
Neque enim illa nocere tibi potest, si ita quotidie viuas, quasi dies illa
ultima. Imò ridens eius triumphũ, vsurpare tibi licebit illud Apostoli: *est
mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus?* primus aculeus, qui e patibulo
nos expulit, mortiq; subiecit, est peccatũ: post quẽ alij sũt aculei, passioni
carnis, concupiscentiã rerũ mundi, ac dæmonis tentationes, quã nos trahunt,
ac in miserandã animã & corporis mortem præcipitant. Continuat
mẽ eius memoria, sanctusq; eius timor vincit, hebetatq; oẽs hosce aculeos
& gloriosam obtinet victoriã de ea, quã prius nos vicerat, ac triumphus
eadẽ virtutẽ diuinã Vocationis, quã cœlesti sua luce ex veneno educit
cham, & antidotum; & ex iplo quem de hoste reportat, triumpho, arma
mit ad eundẽ cum gloriosiori triumpho vincendum Quemadmodum
Tobias ex pisce mortuo, & exenterato, iussu Angeli se accepit, quo parentis
visum restituit; & cor, quo fugauit dæmonẽ: ita exercendo meditationẽ circa
dauera, cum diuinã inspirationis auxilio, hauries vtilem tibi amaritudinẽ,
quã deceptionẽ tuã tibi detegat, & animã visum clarificet, talẽq; detestatur
& cor adeo robustũ, vt dæmones fugere cogat, triumphumq; de illis reportet.

Quod si vnum ex his triumphis videre cupis, vt pugnare discas ac vincere
audi quid prudenti cuidam adolescenti, principis cuiusdã vnicũ filio acco
rit, quẽ Deus hac via & ratione ad Religionis statum perduxit. Cui cum pater
ceps parẽs conaretur persuadere, ne id faceret, cum esset iuuenis, diues potens
& magnarum ditionum hæres; & quod in sæculo manẽs, posset, sicut alij
similes fecissent, Deo seruire; Sed respõdit, se libẽter ipsius voluntati paraturũ
rum, modò ipse subditos suos à quodã tributo liberaret, quod ipsi pendebat
grauiter, n. valdeq; molestẽ ferrẽ, eos in tam seuera subiectione teneri. Immo
roganti autem parenti, quod nã illud esset tributum, vt illud auferret: respõ
dit filius: tributum & onus illud esse, q. a quẽ iuuenes ac senes morerentur
quẽ diuites ac pauperes; a quẽ principes & nobiles, ac reliqui ciues & populi:
ni: quod tributũ si auferatur, dicebat, se in sæculo remansurũ. Cum q; pater
responderet: Deũ solũ illud auferre posse; intulit prudens adolescens: si nullus
hominũ tributũ hoc potest remouere, nullus etiã impedit me ab eo sum
amplectẽdo, ad quẽ Deus me vocat. Nam si ego etiã iuuenis, diues, ac potens
possum statim mori; volo statim incipere seruire Deo, cum ea perfectio
ac seueritate quã desidero, vt mors paratum me, & Dei obsequio studere
inueniat. Hoc filij responsum ad eũ parentis penetrauit, vt non solum
lij sui consilium: animiq; decretum approbauerit; sed ipse quoque cœlesti

luciaditum præbens, eam veritatem adeò est benè assequutus, vt statuerit, eandem, quam filius, tenere viam.

Hi sunt diuine vocatiõnis triumpho, quos ipse per mortis memoriam reportat; quæ non solum est vox ignauos excitans, & ad felicè Religionis statum impellens; sed etiam est offensiuum ac defensiuum telum contra hostes, contententes ab ea homines detertere. Eadè etiam vox est anchora firmos eos tenens, & constantes in medijs tempestatibus, quas caro & sanguis excitant, vt eos ad sæculum reuocent. Est etiam frænum continens furiosum cupiditatum huius mundi impetum, ne in abyssum Inferni eos præcipitet. Denique est aculeus instigans eos ad currendum magno feruore post Christum: vt perfectionis celsitudinem cõsequatur, antequam diei lux deficiat.

SUPEREST nunc ostendere, quid lux cœlestis in hoc vocatiõnis modo manifestet, ad quod illud iacimus fundamentum, quod Deus in hora mortis omnes homines vocet vocatiõne aliquo modo illi simili, qua vocati aliquos ad mundum deserendum, & Religionem amplectendam: quamuis cum circumstantijs ac conditionibus magis horrendis ac tremendis: dicens in seuerissimo quodam sensu verba illa, quæ olim dixit Abrahamo, *egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui; & veni in terrã, quam mōstrabo tibi.* In quibus verbis tria licet valde horrenda perpendere, tanquam tria puncta vtilissimæ cuiusdam meditationis.

Consideratio eorum, qua in vltima mortis vocatiõne geruntur.

CONSIDERA in primis, quid Deus D. N. iubeat te deserere, & vnde iubeat exire in illa difficili mortis hora. Primū enim iubet *egredi ex terra tua*; non solum ex ea parte, in qua natus es; sed ex toto terræ orbe, ad què nunquam ampliùs sis rediturus; nec vlla prorsus eius re ampliùs vsurus. Terra enim non erunt ampliùs campi, nec horti, nec aule; nō ciuitates, nec promittentiæ; nulla res iucunda, quæ oculos recreet; nulla musicæ, quæ aures lætificent; nulli odores, aut sapores, qui olfactum aut gustatum oblectent; nullæ res blandæ, aut suauis, quæ tactui recreationem aut delectationem adferat. Hæc, inquam, omnia deserenda sunt tibi exeunti ex terra, in qua illa reperitur, ita vt nihil prorsus eorum tecum possis asportare: sed sicut nudus ingressus es terram, ita nudus exibis.

DEINDE iubet, *egredi ex cognatione tua*, deserentem non solum eos, qui tibi sunt sanguine iuncti; sed etiam totū genus humanum, absq; vlla spe ampliùs in mortali hac vita agendi; aut consuetudinem vllam habendi cum hominibus siue illi sint cognati, siue noti, amici, aut socij, quantumuis intimi & dilectissimi fuerint, siue bona, siue mala amicitia: soli enim exeundum tibi est, & soli absque vllò comitatu coram tuo iudice comparandum.

TERTIO iubet *exire ex domo Patris tui*, non solum terreni, sed cuiuscun-

g Gen. 12.1

Punctum, 1

Quænam deserenda sint exeūti ex mundo.

que in hac vita, etiā patris cœlestis: ex eundē tunc erit ex Ecclesia
tati, & ex domo Religionis, & ex omnibus eius monasterijs, siue Cōventibus
ac proinde tibi nō erit ampliū Sacramentorum Ecclesiæ vltus, non cenā
nū, non librorū factorū, aut piorū; nec aliorū mediocū, quæ tibi in terra
stenti ad salutē consequendā vsui esse poterant. Ac deniq; dicitur tibi
dere ex domo, quā pater tuus carnalis tibi dedit, ex miserabili scilicet vici
pore, in quo anima tua per tot annos habitauit: neq; diutius in ea licebit
bitare: nā tota conuertetur in puluere, ex Iudicis sup̄mi sentētia in pro
torem lata cuius domus iubetur ad terram deiici, & sal desuper seminare.

Hæc omnia deserenda tibi sunt in illa hora; & quidem cum ingen
na ac dolore, si amore inordinato, ad malum aliquod affectus fuisti, aut
nimia ignauia nō fuisti vltus bono, cum potuisti. Quid igitur huic homi
huius exitus vocationi, cū ea, quæ nunc fit, ad exitū adeō suauē ac mentu
quod si hanc cū magno spiritu amplecti, alterā illā reddet suauissimam
hæc nō amplecteris, & ex ea nō exultabis? cur nō cōplaceas tibi in relin
dis, quæcunq; in hac vita poteris: vt magna tua vtilitate in hora mortis
factū inuenias? o dulcis IESV, qui nudus ex hoc mūdo exiisti, nudus mori
in cruce, separa quæso, à me vita, quod in hora mortis vellem omnino
quisse; vt nudus nunc crucem amplectar, & nudus in ea expirem.

1. P̄m̄dum

SECUNDO est considerandus locus, ad quem vocaris, cum dicit: *terram*
ram, quam monstrabo tibi & hic perpendes triplicē terrā quā Deus tibi post
in hora mortis ostendere. Prima est cœlū: quæ terra est viuentium, & beati
rum possessio; in qua faciem illis suam ostendit, replet quæ æterno suo pa
dio, & bonis omnibus, quæ possunt desideria cordis eorum explere
rurare. Secunda est Infernus, terra mortuorum ac damnatorum carceri
nebris plenus, ac miseris, in qua terra, neque ordo est, neque requies, sed
gens confusio, & intolerabiles cruciatus. Hæc duæ sunt habitationes
ex quibus nullus, qui semel ingressus est exire potest; nec vllus est transitus
ab vna ad alteram. Nam *si ceciderit lignum ad Austrum cœli, aut ad Aquilonem*

Ecd. 11. 3.

Inferni: *in quocunq; loco ceciderit, ibi erit*. Tertia terra est Purgatorium
est, captiuorum ac debitorum carcer: in quo horrentis igneis penis debi
luunt peccatorum; vnde nō prius exire licebit, quàm vltimum quadrante
reddiderint. Vnam ex his tribus terris ostendet tibi Deus in mortis
lo, ante quem non poteris scire, quam tibi monstrabit; neque quæ sibi
continget. o quales angustias, & animi afflictiones tuas sentiet spiritus
viderit, *si securim ad radicem arboris iam positam, vt eam præscindat, ne sciam*
quam partē cadet post abscissionē! o quomodo paupercula anima cruci
tur constituta in dubio finis, quem eius exitus habebit. Cōscia enim sciet
quod peccauerit; ignara tamē, an sua peccata sint dimissa: nouit, se dignā

Luc. 3. 9.

que expellatur, & nescit an sit nunc digna, quia diligatur & admittatur. Quod
 diuinam Vocationem in hac vita audivisti, & iuxta eam vitam instituiti;
 quod tibi, cum secunda illa vocatio aderit, propter spiritum conceptam, quod ostendet
 tibi Deus felicem illam terram, de qua dicitur: *in terra sua duplicata possidebunt.*
 dabit enim Deus Religiosis tanquam primogenitis suis duplicatum gloriae pre-
 mium: alterum eo quod praecipua eius seruauerint; alterum quod Evangelica co-
 ntilia sunt amplexi. Tunc audiet anima tua ultimam illam ac iucundissimam vo-
 cationem: spoli caelestis, dicentis: *Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni:*
veni aberi de capite Amanae, de vertice Sanit Hermon, de cubilibus leonum, de mo-
ntibus paradisi. Ter illam vocat ad coronam recipendam (vt ait Honorius) ob
 triplicem renunciationem, quam fecit nunc Dæmoni, Mundo, & sibi ipsi di-
 uitiarum delictis, ac propriae voluntati per tria vota, quae edidit, Paupertatis, Ca-
 stitatis, & Obedientiae: quorum fideli custodia facta est eius vita excelsa, pura,
 candida, & instar montis Libani (quod interpretatur cadior) exaltata; pedibusque
 suis calcas colles huius mundi, Superbiae, scilicet ambitione, & Cupiditatem:
 in quarum cauernis occultat se dæmones, qui tanquam leones, & Tigrides per-
 sequuntur iustos. o quam felix erit anima tua, si nunc audiat diuinam vocatio-
 nem, quae ipsam inuitat ad vitam adeo excelsam siquidem tempus veniet, in
 quo vocetur ad coronam adeo gloriosam recipendam. Contra vero si ad voca-
 tionem diuinam nunc obfuscaueris, aut vitam tuam iuxta eam non instituis:
 interredibilem tristitiam ac poenam senties in vltima illa hora: cum intima
 tibi tremenda illa sententia Dei per suum Prophetam dicentis: *eo*
quod e in terra sanctorum iniqua gessit, hoc est in Ecclesia, non videbit gloriam
dominus in terra sanctorum, hoc est in paradiso. Quando mortalis morbus
 te premet quam libenter Deo dices illud Iob: *dimite me, vt planga pau-*
lulum dolorem siue peccatum meum, antequam vadam, & non reuertar ad terram
operam & operam mortis caligine: terram miseriae & tenebrarum, vbi umbra
noctis & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Quod si nosse velis re-
 quoniam quod tunc habebis; audi quam rationem Dominus noster in vlti-
 ma hac a rationem accipiendam vocatione seruare soleat.

Quod maxime in vltima hac vocatione terret, est, quod sit vnica tantum,
 repetitina, & cum tanta efficacitate, vt nulla sit contra eam resistetia, nulla execu-
 tio, nulla dilatio, aut mora, sicut in vocationibus, quae in hac vita fiunt, esse
 possunt. Quauis enim precedere soleant pulsus aliqui morborum, tanquam pre-
 monitionis instantis rationis reddenda: quando tamen constitutum efficacis &
 irrefragabilis vocationis tempus adest, statim atque Deus ad iudicium te voca-
 tum: impossibile est, ei vocationi resistere; sed in momento, quod dicitur ti-
 bi: *excede de terra tua, necesse est, te statim exire, & statim atque sententia eius*
te vocatum designat, ad quam sis iturus: traheris ad eam absque vlla resistetia;

aut

c Isa. 61. 7

d Cant. 4. 8

Vide Marti-
 num delirio
 in eum locum

c Isa. 26. 10

Iob. 10. 21.

3. Punctum.

aut per Angelum ad cœlum, aut Purgatorium; aut per Dæmonem ad infernum: idque totum in ic̄tu oculi perficietur. Imò interdum euenit ad penitentiã, vt nulla morbi alicuius veluti citatione præcedente, in eodem momento, & fiat vocatio, & eius exsequutio.

g Mat. 20.

QVOD vt melius intelligas, memento g *Patrem familias* duplicem ad *varios vineæ suæ* vocationem adhibuisse: alteram, vt in ea laborarent, quibus prius repetiuit, nam omnibus diei horis ad eos vocandos exiuit, & qui eam citationi in vna hora restiterunt, in altera paruerunt: altera fuit vocatio, *quod non esset factum*, vt rationes cum eis faceret; & laboris *mercedem reddere*. In hac nec resistantia vlla fuit, nec dilatio: nec nisi semel est facta. Vndeque enim seorsim ad rationem reddendam in morte vocabitur, & postea omnes simul in fine mundi. Et qui primæ vocationi paruerunt, & in vinea Ecclesiæ aut Religionis, si ad eam fuerint vocati, laborarunt: accipient denarium gloriæ, qui autem restiterint, volentes potius esse otiosi, quam facere quod Deus mittit ac iubet: vocabuntur ad rationem reddendam, sicut malus ille hunc non vt præmiũ accipiat, sed vt ob suam pertinaciam, & ignauiam puniatur.

h Luc. 16.1

FORTÈ, vt otium & ignauiam tuam excuses, dices: hunc te animam habere, vt vocationem diuinam audias; non tamen *primo mane*, aut *hora* cum satis sit, *hora nona*, aut *undecima*: nam tunc te futurum ad deum accipias denarium gloriæ eiusdem valoris cum ijs, qui multo citius paruerunt. ò te ignauium atque infelicem, si deceptioni ad eum manifeste accipiaris! quis te miserum securum faciet, quod volentem in ea hora cum maiori efficacia vocare, quam omnibus præcedentibus? aut vnde noster, tuum riturum te vocationi diuinæ: cum toties eidem restiteris? & quis hoc dixit, expectaturum Deum, vt breui illo tempore, sicut optas, laborare possis? caue, ne vitam tuã ita expendas, vt cum Israëlitis dicas, *imanda randa; expecta, reexpecta; expecta, reexpecta; modicum tibi, modicum tibi*. Quod aliud est, (ait Richardus de S. Victore) quam hinc teneri desiderio, vt te vocet ac visitet; & multa committat ad ipsius obsequium spectantia. Verò, cum te ipsa te vocat, dicere illi, vt parum expectet: nam te iussus pariturum? quod si te vocet secundò, tu repetas, vt parum adhuc expectet: sic nunc parum, huius negotij causa disters, & iterum parum alterius occasione te excusans existimas, ad omnia fore tempus sufficiens; & satis esse paratum Deo dare. Quod si tam parum ciuilitet cum tanto Domino agere non dignus es, à quo tuam Deus manum retrahat; ac perseuerare speremus in eo modo agendi, & respondendi per totam vitam: cum autem iterum accideris, vt parum adhuc expectet, te ipsa respondebit; se nolle: & abscondere penitentiã tuã cursum, vocabiturque ad rationem statim reddendam. Memento infelicis illius Chrysorij, de quo Sanctus Gregorius refert, quod cum

i Isa. 28.10.
Li. 4. de Cõ
temp. ca. 13.

Lib. 4. Dial.
cap. 38.

vitam suam in multis peccatis expendisse: quadam nocte horrendas vidisset visiones, & ingentibus clamoribus dixerit, induciz, vel vsque mane! induciz vel vsque mane! in quibus verbis miser expirauit, non obientis petitis induciz; quia noluit, ex multis prius à Deo ipsi datis, fructum accipere. Quid existimas te facere, cum trahis moras, ac differis Dei vocationi parere, nisi aliquot dierum inducias petere; sed si in ea petitione perstiteris, vt laxiori sensualique vitæ te tradas: eueniet tibi, vt aliquando petas, nec obtineas: quod abulius fueris multis antea tibi concessis; sed potiùs tibi exprobrabit fautores, & beneficia in te collata, vt ad pœnitentiam, & vitam emendam te prouocaret: obijciatque tibi illud Sapientia: *¶ vocauit te & resististi; extendi manum meam ad iuuandum te, & deo aspicerem quidem voluisti; consului quod tibi expediebat, & despexisti omne consilium meum; increpauit, quod male faceres, & increpationes meas neglexisti.* Cum igitur tu *inuoaueris me, non exaudiam: & si mane conserges, vt me quaeras, non inuenies me: irruet enim in te repentina calamitas, & uenturus quasi tempestas ingruet. Comedes igitur fructus viae tuae, tarditatis ac dilationis, tuisque consiliis saturaberis, meritis luens pœnas, eod quod consilium meum despexeris.* Acquiesce igitur diuini huius consiliarij suasionibus; & stude opere illa exequi: dilatio enim executionis in causa esse solet, cur nunquam opere impleantur: ita vt quæ vitæ mutationem de die in diem differt; priùs vitam finiat, quàm se emendet. Vnde Sanctus Augustinus ait: hæc res est, quæ multos occidit, cum dicunt, cras, cras; & lubitum ostium clauditur: remansit foris, cum voce cornuina, quia non habuit gemitum columbinum. dum enim quotidie in crastinum differtur, quod Deus inbet, & ipsa vitæ mutatio: repente veniente sponso, cœli porta occluditur, & factæ virgines remanent foris: quia defuit illis gemitus columbinus: vt peccata sua desierent, & volarent celeriter ad exequenda mandata Dei. Contempserunt spiritus Sancti consilium, qui quasi columba innocēs, quod maxime illis expediebat inspirauit; amplexi verò sunt consilium & suggestionem coruorum hoc est Dæmonum, qui suggerunt, & instigant ad differendum de die in diem; & ideo deceptos se esse deprehenderunt. O Deus æternæ, cuius consilia cedunt in vtilitatem hominum, qui volunt ea sequi: aperi quæso aures nostras, vt illa audiamus, & cum omni celeritate expleamus, ita vt in hora mortis comedamus fructus eorum: & fruamur ipsa gloria, ad quam illa diriguntur.

Amen.

k Prov. 1, 24

Deus non
audit se
non audi-
cate mSer. 16. de
Verbis Dom.
Tom. 10.

CAPVT VIII.

DEVM VOCARE AD RELIGIONEM MANIFESTANDO
tia bona precipue regnum Dei: quæ admirantis parabola explicat.



VAMVIS VOCATIO ad statum Religiosum, quæ luce sua per
 la & miseras huius mundi detegit, valde penetrat & in
 hominum animos: multò tamen nobilior & excelsior est
 quæ stupendos thesauros, bonaq; spiritualia in hoc felici
 latentia manifestat. Nam (vt S. Bernard. suis Monachis dicit)
 in vocatione sua non solum locust, vnde exluit: sed etiam ad quem
 cõsiderat, nec solum quod deseruit, sed etiã quod accepit, benè perpendit
 comprehendet secundam hanc misericordiam plurimum excellere illam
 rem, per secundam enim vocatur & eligitur à Deo, vt feliciter proficiat
 pergat & meritorum a fructus proferat, qui permanent in vitam æternam
 quod ad eò certum est: vt licet admitteremus, posse in seculo vitam agere
 que prædictis periculis: sit tamen omnino sufficiens valdeque prædictis
 motuum ad eum deserendum, & Religionem amplectendam quod
 fruatur Religiosi bonis illis spiritualibus, quæ in ea habitantibus sunt
 missa. Quare, cum lux cœlestis illa bona alicui manifestat, statim
 abstractus accedit, vt eam amplectatur, nulla vi humana valente eum res-
 here. Quamobrem S. Laurentius Iustinianus dicere solebat: contra
 Deum hominibus occultare gratiam Religionis: quia si eius felicitas
 innotesceret: omnes ad eum properarent, vt tanto fruerentur thesauro.
 Neque censenda est hæc exaggeratio: nam Religiosa vita (vt in tertio
 statu est dictum) continet eminenter omnia spiritualia bona, in quibus
 vite huius beatitudo consistit, quam Apostolus vocat Regnum Dei, de quo
 dicit, quod sit *Iustitia, & pax, & gaudium in spiritu Sancto.* Quæ verba
 lò fufius nunc ad hoc propositum explicabimus, in quibus Apostolus
 tangit quatuor, quæ regnum quoduis & multorum hominum communi-
 rem reddunt felicem: quod scilicet in eo regno sit Iustitia, Sanctitas, *pa-*
 quæ Religio; Pax item, & concordia inter eos omnes abique bellis, dissen-
 sionibus aut litibus, quæ illos perturbent, ac simul gaudium verum, vt quibus
 ijs quæ habet, sit contentus; habeat verò abundantiam eorum, quibus ne-
 get ad suã sustentationem & splatium; præ omnibus autem vt Regem quendam habeat
 ad eò Iustum, Sapientem, ac Potentem, vt conseruare & augere eadẽ bona possit
 à quocunq; eadẽ depradari, aut destruere conante, tueri, ac defendere. Hæc
 enim totum eminenter inuenitur in sacra Religione, quæ est regnum quod
 hominum ab ipso Deo selectorum: in quo verè regnat Iustitia & sanctitas, *fr-*

Serm. con-
 tra vitium
 ingrati.

a Ioan. 15. 16

In eius vita
 cap. 9.

b Ro. 14. 17
 Omnia
 bona spiri-
 tualia ha-
 bet.

rer pax & inuicem vnio, abundat gaudiū, & lætitia cordiū; & Spiritus Sanctus qui cū Patre & Filio vnus est Deus, ei assistit semper, tanquā Rex ad omnia hæc bona conseruanda & augēda Nec solum voluit Apostolus dicere: gaudium illud esse in spiritu Sancto; sed etiā Iustitiam & pacem: nam in alio loco dixit: *fructus spiritus est Charitas, & pax, & gaudium.* Vocat autem fructum: nam, quemadmodum arbor fructus producit, nutrit & conseruat, vsque ad integram perfectionem, & simul producit folia quibus eos tegat, de quo potest modo tueri: Ita Spiritus Sanctus, fructus producit iustitias, & gaudij; eosque conseruat & vsque ad integram perfectionem auget ac promouet; suaque protectione eos protegit ac defendit: quorum tanta est dulcedo & suauitas, vt quidquid terra profert ad eam suauitatem collatum, tanquam nihil censeatur. Quamobrem Apostolus cum hæc duo inter se cōlectat, ait: *regnum Dei non esse esse, sicut panis terreni similem, neque gaudium ac dulcedinem huius mundi; sed Iustitiam, Pacem, & gaudium,* quæ de celo veniunt, & ab infinitæ dulcedinis fonte, spiritu Sancto scilicet, fluunt. Quare cū ipse caelesti sua illustratione dulcedinem illam manifestet, præbeatque delibandum; nullus poterit eam agooscere, neque vt pat est aestimare: quam tamen si copiosa sua luce detegat & ostendat: nullus erit, nisi valde sit durus ac pertinax, qui non omnia delerat, vt illam obtinere possit. præcipue quiddam illa caelestis ita excellentiam ac dulcedinem huius Regni ostendat, vt simul de aliquid delibandum eius, quod in se continet, cum pace, gaudio, & admiratione, quam tunc communicat, cum in modum quo CHRISTVS Dominus noster cū suæ crucis asperitatem prædicaret, dixit suis discipulis, vt eos animaret: *d aliquos eorum non gustaturos mortem, donec viderent regnum Dei;* quod regnum eis ostendit post octo serè dies, cum transfiguratus est supra montem excelsum coram tribus eorum. Cuius aspectu adeo Sanctus Petrus lætatus & contentus fuit, vt dixerit: *Domine bonum est nos hic esse.* In modum ijs, quos Deus noster vocat, vt eū ipso excelsum montem ac separatum Euangelicæ perfectionis, vitæque Religiosæ, conscendant, solet caelesti suo lumine pulchritudinem, suauitatem, & amplitudinem regni Dei in ea existentis manifestare: faciens, vt ipso aspectu aliquid experiantur plurimorum, quæ in ipsa continentur. Id autem sufficit, vt rerum huius mundi penitus obliuiscant: bonum est nos in hoc monte esse, & vitam agere scilicet que regno Dei *Iustitia, Pace, & Gaudio:* quæ in illa sunt.

§. I.

SEd APERIAMVS iam stupendos modos, quibus Deus noster regni sui amplitudinem ac Religionis thesauros suis manifestat electis, & incipiamus ab eleganti & iucunda illa imagine, quam spiritus Sanctus in Patriarcha illo Iacob nobis ob oculos posuit, de quo dixit Sapiēs quod cū

Spiritus sanctus ei assistit.

Gal. 5. 22.

Luc. 9. 7
Mat. 6. 48.

Mat. 17. 4

a Sap. 10. 10

b Gen. 28. 10

Jacob figura ad religionem vocatorum

S. Anto. 3. p
Tit. 16. c. 10.
6. 11.
Ber. & Lan
ventius Iust.
infra citan
di.

esset profugus iræ fratris sui a ostenderit ei diuina Sapiencia regnū Dei. Quæ
 euenit ei, cum ambularet per locum quendam desertum solus, pauper ac
 fertus, innixus baculo, quem gestabat. & b cum venisset ad quendam locū
 letiq, in eo requiescere post Solis occubitum, iulit de lapidibus, qui iacebant, & in
 mens capiti suo dormiuit in eodem loco, vix corporis oculos clauserat, cum Deo
 animæ oculos illi aperiens, regnum suum illi hoc modo ostendit: *Vidisti
 somnis scalam stantem super terram & cacumen illius tangens cælū: Angelus
 Dei ascendentes & descendentes per eam, & Dominum innixum scale dicens
 Ego sum Dominus Deus, Abrahamæ patris tui, & Deus Isaac: Terram in qua dormi
 tibi dabo & semini tuo. Et ero cultus tuus quocumq, perrexeris. Cumq, conuulsi
 cob de somno, ait: verè Dominus est in loco isto & ego nesciebam Panemq, quæ
 bilis est, inquit, locus iste non est hic aliud nisi domus Dei & porta cali: & pro gra
 rû actione votum vouit, se cunctorum, quæ Deus ipsi daret, decimas ei oblatum.*
 Fuit Jacob eiusq; in eo itinere euentus, eorum figura, quos Deus ad Religio
 nis statum vocat. Qui primùm statuunt, Deo obedire, vt fratris sui Esau
 euadant, hoc est, mundi fratris quidem secundum naturam, sed hostis in
 sissimi ob eorum culpam, qui nihil aliud agit, quam illos vita gratie priuari
 & ius primogenituræ, quod habent ad regnum cælorum, illis eripere.
 autem vt eius manus & persecutione euadant, volunt sicut Iacob ille, pa
 ternam suam domum & omnes commoditates, quas in ea habere poterant
 deserere: gaudentes potius pauperes cum Christo crucifixo viuere: quam in
 medio hostis sibi ad eò infensi, qui mille vijs conatur eorum sanguine ba
 riri. Vt autem hoc illi maiori cum suauitate & fortitudine præstare possent
 manifestat illis Deus superna sua luce diuitias regni sui, & vitæ Religio
 excellētias: quæ vita, vt Sancti dicunt, significatur per hanc mysticam Iacob
 scalam: non enim aliud est sacra Religio, quàm firma quædam, tuta & munda
 scala, qua ad cælum ascenditur: quæ ex parte vna tangit terram, eò quod
 innitatur cognitioni propriæ, & contèptui sui ipsius, rerumq; omnium huius
 mundi: ex altera verò parte contingit cælū, cui Deus ipse innititur, eò quod
 ad eius diuinitatis cognitionem, & amorem perfectum attingat, qui animam
 ipsam suo vnit Creatori, Huius scale gradus sunt Paupertas, Castitas, & O
 bedientia: & reliqua Religiosa Exercitia, Lætionis Meditationis, Oratio
 nis, & Contemplationis: per quos gradus ascendunt quasi Angeli ad cæ
 lum, vt suam ibi familiaritatem & consuetudinem cum Deo suo habeant
 inde verò descendunt ad terram, vt varijs ministerijs operam suam po
 nant in vtilitatem proximorum: Nec mirum hoc est, quod eos Angelus ap
 pellemus, quos in his exercitijs imitantur. Et quoniam quisque gaudet con
 iūgi sibi simili fit vt Angeli, de cælo descendat, & ascēdat etiam per eandem
 scalam. Et descendunt quidem, vt cum Religiosis conuersentur: eoque ad

Sancta eorum exercitia excitent: ascendunt autem, ut eorum orationes Deo offerant, & impetrent quæ illi optant. Ne autem in hoc itinere deficient, quod à fuga sæculi auspicantur: ipsemet Deus scalam beneuolum suum vultum eis ostendit, suumque fauorem ac beneuolentiam promittit, dicens: sicut dixit ipsi Iacob: ne timeas, etiamsi præ metu fugias, siq; te solus, pauper ac a tuis notis & amicis desertus: nam ego Deus tuus omnipotens, ero protector tuus & custos in omni bono quod quaeris: & cum tu dormis, vigiabo semper pro te. Ascende tuò per hanc scalam: ego enim illi innixus eam habiliam, & firmabo. Ne dubites, perfectionis iter aggredi: nam ego subueniam tibi in eo; nō es solus, cum ego tecum sim; non es pauper, cum ego sim diuitie tua; non deerunt tibi parentes, cum ego sim pater tuus: nō eris absq; fratribus & veris amicis, siquidem Angeli mei fratres erunt & socij tui. Accede, & innitere baculo crucis meæ, cum qua tutus pertransibis Iordanem huius sæculi, & peruenies ad æternam meorum cælorum requiem. Hæc illustratio est celestis, qua Deus intellectus eorum illuminat, quos vocat ad Religionem; suspensos quodammodo tenens ad breue aliquod tempus, in considerandis rebus adeo magnis, & mirabilibus, quæ in ea splendet. Et quâdo ex dulci hoc somno euigilant, & circa ea quæ viderunt, reflexionem faciunt fatentur suam ignorantiam, in qua eo vsq; fuerunt; dicuntq;: *verè Deus est in loco isto*, & in hac domo sanctæ Religionis, fauēs eis singularibus gratijs & fauoribus; & ego nesciebam nec credidissem, tanta in ea esse, atque ipsa experientia vidi. O quàm est admirandus ac venerandus locus iste Religionis, verè hæc est *domus Dei & porta celi*: Domus recreationis, in qua Deus requiescit cum filijs hominum; & est porta, per quam filij hominum in gaudium sui Domini ingrediuntur. Et his bene perpensis, tenerè ad huius domus pulchritudinem affecti; & cupientes per hanc portam ingredi: offerunt Deo vota & promissa sua: non solum, sicut Iacob, decimas eorum quæ possidebunt, sed quidquid possident, aut se possessuros sperant; & se ipsos cum suis rebus omnibus: eligentes cum summo gaudio viuere potius c *abiectos & contemptos in domo Dei* quàm valde esse diuites & honorati habitantes in aulis, & *tabernaculis mundi*; & *peccatorum*. Magnaq; anxietate, ac desiderio, diuinæ Vocationi respondent illud Davidis *Vnam petis a Domino, hanc ex toto corde requiram; ut in habuem in domo Dei mei omnibus diebus vitæ meæ*. Quæ tantalijs diuitiarum ac voluptatum abundantias, honores, prælaturas, scepra ac dignitates; petant à Deo quidquid pro suo solatio voluerint: Ego rem vnâ tantam petere volo, & vnâ tantum querere; hoc est, habitare in hac Domini Dei mei domo; ascendere per hanc perfectionis scalam, ingredi per hanc sanctitatis portam, ut nunquam inde exeam, donec in eius gloriæ domum ingrediar.

Deus hortatur incipientes.

c Psa. 83. n.

§. 2.

DISTINCTIVS ADHVC explicavit Christus D. N. hanc Vocationis rationem duabus propositis parabolis, in quibus cœlorum regnum comparat cum duabus rebus magnè in hoc mundo æstimationis & pretij: quas parabolis non toti plebi, sed priuatim suis discipulis dixit, lectatoribus Evangelicæ ac Religiosæ perfectionis, de qua in illis agebat.

1 Mat. 13. 44 PRIMVM ait, a. *Simile esse regnũ cœlorum thesauro abscondito in agro: quia inuenit homo abscondit, & pro gaudio illius vadit, & vendit vniuersa que habet, & emit agrũ illũ, vt thesaurum simul cum agro possideat.* Quis autè ager ille nisi status Religiosus? qui in specie externa vilis apparet, & contemptus, & mundi oculis sterilis, asper, & inutilis: intrus autè continet ipsũ Regnum cœlorum, Iustitiam, Pacem, & Gaudium in Spiritu S. de quo idẽ Saluator dicit *b Luc. 17. 21.* *Regnũ Dei intra vos est.* Per hunc agrum plerumque homines transeunt, quorum, exterius tantum aspicientes, nihili faciunt: potius eum fugiunt quod inueniunt Danid dicens: *c Ps. 130. 12.* *tanquã mortuus à corde. Factus sum tanquã vias perditus, & inutile.* Sed nõ ideo aliquis homo, qui thesaurum illum, etiã si valde in agro illo absconditũ, inueniat: Non quidẽ industriã suã, aut oculorũ acuminẽ; sed quia Deus, cuius thesaurus ille est, cœlesti tuo lumine ita illum illustrauit, vt inuenire thesaurum posset. Tantoq; spirituali gaudio ex eo aspectu & inuentione afficitur: vt totum omnia, quæ habet, vendat; totiq; mundo renũciat: vt sacrũ Religionis grũ sibi cõparet: quia tantus thesaurus non potest, nisi omnibus, quæ habet, venditis, comparari: iuxta eiusdem Saluatoris sententiã dicentis: *d Luc. 14. 33.* *nũciat omnibus, quæ possidet: nõ potest meus esse discipulus, etiã si .n. plurima contingerent, omnia tamẽ pauca censentur si ad agrũ tantũ continentẽ thesaurũ cõferantur, ideoq; quidquid omnino habet, nulla parte sibi retẽta, ab eo erigitur: ipse verò magna animi sui voluptate id totum tradit, nihili faciens quidquid dederit: cum aduertat, multò plura sine comparatione, se recipere, iuxta illud Salomonis: *e Cant. 8. 7.* *e si dederit homo omnem substantiã domus sue pro æliatione, quasi nihil despiciet eam.* Et quid mirum quod eam reputet nihil, cum ea cœlestem quærat sapientiam? de qua idem Sapiens dixit, *f Sap. 7. 14.* *rus sit hominibus infinitus: eius enim bonorum ac diuitiarum nõ est numerus nec pondus: sufficit enim, quod secum habeat Christum D. N. in quo apostolus esse omnes thesauros sapientiæ & scientiæ Dei absconditos. Qui renũtiantibus ipsius amore thesauris temporalibus, maximam cœlestium suorum thesaurorum partem largitur. Nec vacat mysterio, quod Seruator noluit non dixerit: hominem emisse thesaurum; sed agrum. Nam thesaurus nec emi potest, nec possideri, nisi cũ agro, in quo ille continetur. Quare si Deus ad perfectionis statum te vocat, manifestando thesaurum sanctitatis pacis, & gaudij, in eo existentis; nõ poteris illum obtinere, nisi agrum ipsarum emas.**

d Luc. 14. 33

e Cant. 8. 7

f Sap. 7. 14

g Colo. 2. 3

Religiosum statum amplectendo: in quo per ipsius Religionis exercitia bene sodas, vt inestimabilibus diuitijs in ea latentibus copiosius frui possis. Sed quoniam nouit ipse Dominus periculum, huic Vocationi imminens, si obliqua causa & necessitate thesaurus ille manifestetur: ait hominem, qui thesaurum inuenit, eum abscondisse, hoc est, quod viderat, & inuenerat occultasse, nec in dicasse carni & sanguini, nec filijs huius sæculi, qui semper conantur, Vocationem Dei ad Religionem, impedire. Quare nullo eis dato signo, quod thesaurum inuenisset; ne impedire eum conarentur: dedit omnia, quæ habebat, vt bonum tutò possideret, quòd ad eò diligebat, tantique faciebat.

Mox subiicit Christus D. N. alteram parabolam, qua idem h. *celorum re* quæ dixit esse simile homini negotiatori quædens bonas margaritas; & inuenta vna preciosa, abiit, & vendidit omnia, quæ habuit, & emit eam. Nec sine causa in priori parabola nõ dicitur homo ille quæsiuisse thesaurum, sed inuenisse: insinuat enim ex tempore & casu quodam fuisse illi ostensum. In posteriori autè, quæ preciosam inuenit margaritam, anxie & sollicitè bonas margaritas quærens; vtraque autem parabola in dican tur duo hominum genera, quos Deus D. N. hoc vocationis modo ad Religiosum statum vocat; quosdã nihil omnino cogitantes de perfectione Christiana quærenda, eò quòd valde sint negligentes in obsequio diuino; sed ipse Dominus, eorum commiseratione motus, repente cælestis lucis radio eos illuminat, ac thesaurum ostendit ipsis valde absconditum: in quo misericordie suæ magnitudinem erga eos manifestat, iuxta suã promissionem, qua dixit: *inuentus sem à non quærentibus* margarita apparetur eis, qui me non interrogabant. Alij tamen instar negotiatorum valde anxie quærunt bonas virtutum margaritas, quibus diuites euadant; & in seculo seculari statu pia opera exercent, optantes, Christianam perfectionem obtinere: quorum Christus D. N. videns pium conatum ac desiderium commouetur; nonaque luce ostendit vnicam eamque preciosam Religionis margaritam, tantam eis communicans huius margaritæ opinionem, vt vendant quæcunque habent, quòd eam sibi emere possint; idq; eò maiori conatum & sollicitudine faciunt, quòd clariùs aduertunt eius pulchritudinè & præstantiam. Primi vident thesaurum; sed in agro absconditum: quia non factis iam amplitudinem assequuntur; & exiguum habent dulcedinis eius experientiam: secundi autè margaritam vident planè apertã, & extra suã conchã: experis. n. *Institiã, Pacem, & Gaudiũ*, vitæ verè Christianæ, accedit noua lux & experientia maioris abundantie & Excellentie, quæ in ipsa est vita Religiosa, quæ (vt supra cepim⁹ insinuat) valde eminenter appellatur *vnica & preciosa margarita*. Margarita est, eò quod eius origo è cælo sit, ex rore gratiæ cælestis in conchã recollatæ vitæ, recepto in medio turbatissimi maris huius mundi. Est preciosa, quia nihil est in terra, quòd possit cum illa conferri: k & omne

h. Mar. 13. 45

Ro. 10. 20
Isai. 65. 1.

Ca. 6. ad fin
Lyranus.
Plinius lib.
9. c. 35.

k Sap. 7. 9.

aurum in comparatione illius est arena exigua. Et tanquam lutum assimilatur a genti in conspectu illius. Est unica, eò quod vnione in rebus omnibus sume diligit, vnicens corda ad summum illud bonum quærendum, de quo dicit Saluator, *Martha, Martha sollicita es, et turbas te magna plurima; porro vnica est necessarium.* Vita enim læcularis etiam lustorum multis rebus, quas habere desiderat, occupatur; & curis eas obtinendi turbatur. At vita Religiosa querit, nisi vnicum finem; omnemq; Religiosos coniungit, vt per exequutionem eorundem mediorum, ad eum perueniant, cui preciosæ margaritæ virtutum omnium margaritæ coniungunt: omnes enim illas exercet, & omnes vicissim eandem exornant, eiusq; præstantiam & valorem extollunt: quæ admodum enim S. Ioannes dixit: *duodecim portas cali: esse ex singulis margaritis sed singulas tamẽ margaritas ornatas esse duodecim aliis in argenti: ita vnicaq; religio est vna preciosæ margarita, propter vnitionem, qua ad eandem finem per eadem media tendunt: sed vnicaq; tamen exornatur multitudine reliquarum margaritarum aliarum virtutum, quæ connectuntur leuenti in charitate quæ est vinculum perfectionis & ita omnes coniungit.*

Luc. 10. 41

In Apo. 21. 21
Vnde Ribes.
tam ibi.

In Colo. 3. 14
S. Bernard.

PRÆCIARE S. Bernardus rem hanc totam explicuit in quodam sermone super hanc parabolam, dicens: quæ est ista preciosæ margaritæ? nonne Religio sancta, pura, & immaculata? in qua homo viuunt purius, cadit rarius, legit velocius, incedit cautiùs, irroratur frequentius, quiescit lecutius, moritur fiduciùs, purgatur citius, præmiatur copiosius? O Religio gloriosè mirabilis! Quæ mens cogitare, quis intellectus plene cognoscere, quæ lingua humana te poterit sufficienter & dignè extollere: hæc est enim, frater mei, quæ miserante Deo, peccata remittit, & reparat paradysum; quæ inimicum sanat hominem, & tristem exhilarat, vitam de interitu reuocat, faciem reformat, viresque & gratiam abundantiorẽ refundit: hæc respicit avaritiam, horret luxuriam, fugit furorem, calcat superbiam, linguam continet, componit mores, odit malitiam, excludit nequitiam; cogitque honorem, Dei amore omnia libenter sufferre. O Religio virtutibus ornata! margarita præfulgida & Sole splendidior! quid noui de te referam? omnia enim ligata tu soluis, omnia soluta ligas: Omnia auersa tu mitigas, omnia desperata tu animas. O Religio rutilantior auro, Sole splendidior. Per spiritum cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, pauperes exhilarantur. Tu de superbis humiles facis; de gulosis sobrios, de crudelibus piæ & sanctos; de iracundis pœtes; de luxuriosis pudicos; de inobedientibus obedientes; de osoribus facis in fraterna dilectione feruentes. O vita mirabilis! vallis plena virtutibus, paradysus deliciarum, habitaculum Deum; vita Angelorum, vita beata! tu scala Iacob, quæ animas perducis ad paradysum; tu via regia paradisi, quæ homines perducit ad patriam; tu stadium

conce-

concertantium, luctatorumque bene currentium, & perducis ad altas coronas. O porta præclarissima, per quã in sanctam ciuitatem intratur: per quam regnum caelorum rapitur & possidetur. Tu ducis ad æterna gaudia, & ad terram semper viuentium. O homo fuge homines: Religionem elige, & saluaberis. ingredimini in sanctam hanc habitationem: ad quam vocat vos magni consilij Angelus, & illuminabit vos filios Dei per condignam satisfactionem. Hæc S. Bernardus, cuius conclusio fructus est prædictorum in hoc capite. Si enim hoc te Deus beneficio affecit, vt margaritæ huius preciosæ pulchritudinem, & ingens precium absconditi in agro theatri, & immentas diuitias cuius Regni Dei, eius iustitiæ, pacis & gaudij in spiritu sancto, tibi reuelare dignatus sit: statim debes obedire te per ad eam iucundam viam vocanti, relinquens res omnes, vt bonum illud assequaris, quod tibi manifestat.

CAPVT IX.

VOCATIO DIVINA SOLET SANCTITATIS PACIS,

*& Gaudij inundationes qua in Religione sunt, manifestare: vt homines ad eam ingrediendam permo-
ueantur.*

QVIA LVX COELESTIS ijs, quos ad Religiosum statum vocat, aperire soleat excellentias & præstantiã, quas a *Regnum Dei* in se continet: opportunum erit, easdem hic explicare, ostendendo in particulari quod spectat ad *Iustitiam & Sanctitatem*, quam ipse status sectatur, & pacem, gaudiumque in *Spiritu sancto*, quod illum comitatur. Nam & ipsa diuina vocatio solet denuo communicari, ac valde corroborati lectione librorum, in quibus huiusmodi excellentiæ sunt explicatæ. Quibus vt fides adhibeatur, non erit nosse: Spiritum sanctum esse huius Regni Regem ac gubernatorem, quod singulari cura & prouidentia gubernat, iuxta promissionem per *Isaiã* factam, quod Religio ipsius gubernationi subiecta habitura esset b *Iustitiam* ad eam abundanter, *sicut gurgites maris, & pacem* ad eam copiosam, *sicut ingens aliquod flumen*. Quod si ex vnus contrarij proprietatibus licet alterius qualitates cognoscere: licebit dicere, quod quemadmodum in mundo duplex est diluuium illam submergens: alterum peccatorum, alterum poenarum, tribulationum ac miseriarum sicut in capite quarto est dictum: ita in Religione duplex aliud sit diluuium ijs, quæ in mundo sunt contraria: alterum iustitiæ & Sanctitatis; alterum Pacis & Gaudij in Spiritu sancto. Aperta. n. fuit diuinæ misericordiæ abyssus, & ipse cæli portæ, aduentu filij Dei in modum, qui e *consummatio abbreviata*, ait *Isaias*, *mundabit Iustitiam*, pluui-

a *Roma. 14.*
7.b *Isaiã. 48.*
18.c *cap. 10. 21.*

d Psal. 71. 7.

scilicet copiosissimam gratiarum ac donorum celestium : quod etiam David asseruit, dicens. *d orietur in diebus eius Iustitia, & abundantia pacis: donec deferatur luna,* eius que mutabilitas cesset. Cum igitur iam exploratum sit, ad Salvatoris adventum fuisse in mundo Iustitiam, & Pacem: cum dicitur in diebus eius Iustitiam orituram, significat abundantiam & excellentiam Sanctitatis ac Pacis, que ex prædicatione Evangelij erat futura: ut apparet in Ecclesia primæva in omnibus Christianis. Quæ si duratura est, donec deferatur luna, hoc est, quamdiu hic mundus perduraverit: splendet excellentia hæc & abundantia in Religionibus, quas ipse Dominus sensim dedit, ut in eis conferretur *Sanctitatis, Pacis, & Gaudij dignitas & amplitudo* quam ipse induxit in mundum.

§. I.

a Psal. 33.

b 1. Timoth. 1. 5.

c 2. Cor. 8. 1. 8.

e 1. Pet. 2. 10

Levit. 11.

f 1. Cor. 9. 2.

d Isai. 6. 3.

e Isai. 10. 22.

IGNITIVM igitur facientes à *Iustitia & Sanctitate*, quam præcipue querunt, quia ad Religionem vocantur; & quæ verè prima est ac præcipua pars Regni Dei: (quamvis omnes Tractatus qui sequentur, ad eam pertinent) breuiter nunc dicemus, eam consistere in tribus insignibus & peculiaribus rebus, quas breuiter insinuauit Psalmista dicens: *a diuerse à malo, & bonum: inquirere pacem, & persequere eam.* Et S. Apostolus, cum dixit: *b finem præcepti esse charitatem, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.* Primum est, in qua *Sanctitas & Iustitia* consistit, est cordis puritas & munditia, ut nullam habeat maculam grauioris aut leuioris culpæ, scienter saltim aduertenter siue consulto admisse. *Secunda* est conscientia *bonitas*, cum virtutum omnium ornamento, & bonorum operum, quæ ab eis emanant. *Tertia* est, *firmitas, & constantia* in duabus rebus prioribus, ita ut non debeat delitati, quam Deo debemus, sed in eius obsequio ad finem usque persequi remus: & tunc, ut ait S. Thomas, proprie vocatur sanctitas: quæ eorum est, quæ sunt in vita plurimum splendens. Tria enim vota tendunt, ut supra est dictum, ad euellendas radicibus peccandi occasiones, & sese addicendi continuo exercitio, quibus Dei honorem magis promoueat: in qua re maxime conantur constantiam adhibere, quæ possit esse in hac vita, idque per continuationem, quam secura adferunt vota; quæ perpetua est, & usque ad mortem irreuocabilis. Sic enim Religiosi similes fiunt ipsi Domino dicenti: *c Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum;* & quemadmodum d. *Seraphini clamabant: Sanctus, Sanctus, Sanctus,* ob infinitam excellentiam quam in omnibus tribus prædictis gradibus Sanctitatis habet: ita Religiosi per tria vota edita eleuantur, ut ter sint Sancti, imitantes ipsum Dominum in eisdem gradibus Sanctitatis, in ea excellentia & abundantia virtutum, quam Evangelica peccatio commendat. in quibus locum habet illud Isaiæ, quod etiam Apostolus allegat: *e consummatio abbreviata inuudabit Iustitiam: consummatio enim*

obseruationem sine verbū breuiatū Dominus Deus Exercentium faciet in medio
 omni terra: quia scilicet verbū Dei, quod est vnigenitus eius filius, sese abbrevi-
 uat, & constringeret induens carnem humanam; & in ea prædicaret legē
 & doctrinam Euangelij abbreviatam, & astrictam ad decem præcepta & cō-
 silia perfectæ charitatis: quæ quasi quoddam mare ad flumen exundans, in-
 gens adferret diluuium Iustitiæ & Sanctitatis; & inundationes copiosissi-
 mas Castitatis, Paupertatis, Humilitatis, Patientiæ, ac Virtutum omnium in
 gradu valde excellenti & heroico. Omnes enim exundant in Religione, nō
 contentæ actionibus præceptorum; sed addentes eas, quæ sunt de consilio,
 cum fame, & siti ad eō infatiabili: vt nunquam sibi satis esse existiment; sed
 nouas rationes, & inuentiones querant, ad eas perfectiūs exequentas. Et
 quemadmodum Olee dixit, quod prius non esset veritas, nec misericordia, nec
 gloria Dei in terra; sed maledictum & mendacium, & homicidium, & furium in-
 uaduerant, & sanguis sanguinem tetigerat. Ita nunc dicere licet: Deum habe-
 re in medio terræ paradisi Religionis, quæ illo diluuiō non submergi-
 tur; sed potius in ea floret veritas, regnat misericordia; & vt Isaias dixit: h
 gloria Domini repleta est terra, sicut aqua maris operientes: à cuius ordinario
 fluxu tanto feruore virtutes fluunt, vt vnus meritōram & sanctorum ope-
 rum fluxus, alterum assequatur; vt locum habeat, quod S. Ioannes dixit, i qui
 uultus est, iustificetur: & Sanctus sanctificetur adhuc: Tot sunt autem, qui huic
 gratiæ Religione studeant, vt Isaias Proheta de Ecclesia ipsa dixerit: k in-
 uadatio Camelorum operiet te. Qui autem sunt hi Cameli, (ait Sanctus Hiero-
 nymus) nisi qui se ipsos rebus omnibus exuerunt, vt per angustam acūs fo-
 rumen, quod est arcta perfectionis Euangelicæ porta, pertansirent; imitan-
 tes Dominum, qui hoc nomine, vt diximus, l Camelo se comparauit? Hi sunt
 cameli spirituales, qui magna cura obedientia & subiectione permittunt
 se onerari, quantum viribus suis ferre possunt; vt suo Creatori eum omni
 perfectione deseruiant. Suntque in Ecclesia tot huiusmodi spirituales Ca-
 meli, ob Religionum multitudinem, vt quasi aquæ diluuium eam vndique
 operiant; nec poterit iam dicere Propheta Michæas, n quod perierit Sanctus
 deterra, & rectus in hominibus non sit; & quis optimus in ei, est quasi Palustris: &
 quæ uelut, quasi spina de sepe, aut arbor spinis plena: in sacro enim hoc sta-
 tu multi conantur Sancti esse eum excellentia, & constantia in Sanctitate; &
 alle arbores floridæ, & fructuolæ abundantes floribus bonorum deside-
 riorum; & fructibus bonorum operum. Quod si quæ spinæ erumpant,
 eant operam, vt falce mortificationis eas abscondant, ac diuini amoris
 igne comburant. Cessent igitur, O Propheta satete, querelæ tuæ; nec
 amplius dicas v tibi, quia factus sum sicut, qui colligit in Autumno racemos
 granata, non est botras ad comedendum: nam in hac Religionis uinea non vnū

Rom 9.27.

g Osee 4.7.

h Isaias 11.0

i Apo. 22. 11.

k Isaias 60.6
 ibidem.

l Mat. 19. 24
 cap. 9.

m Michæa.
 7. 2.

a Cnt. 3. 14

o Isa. 59. 3.

tantum, sed plurimos inuenies botros, eosq; dulcissimos, & fragrantissimos, sicut les botro illi in Cypri ex vineis Engaddi collecto, qui est dilectus Ecclesie Iesus Christus Iesus, cuius vitam magna cum perfectione imitantur. Quasi si praeoquas ficus desiderat anima tua: hic plurimas inuenies, easque multas, quae in aetate tenera virtutem habent maturam, & sanctitatem perfectam. Et tu quoq; Sancte Propheta Isaia, qui eundem habebas sensum conuertens planctum in gaudium: nam in medio mundani populi habet Deus aliquid delectum, cuius o manus non sunt polluta sanguine, sed Myrrha Moriticenis; cuius labia non loquuntur mendacium; sed veritatem; cuius cor non dolorem, & parit iniustitiam: sed concipit timorem Dei, & parit spiritum castitatis; non rumpunt omnia aspidum, ut erumpat Regulus: sed potius ea conculcane cuiquam noceant; non texunt telas araneas, ut capiatur paruulos; sed serua euiferant, ut eos foueant; non repellunt veritatem, neq; occultant Iustitiam: sed eam potius promulgant ac praedicant. Quicumque eorum a peccato abstinet, non depradationis periculo est expositus, sed honori ac quieti dispositus; non odio & vexatione, sed amore & benedictione aliorum numerum se facti: quia nihil plus inter ipsos amatur, quam virtus; nec in tantum honore habetur, quam puritas; nec magis laudatur, quam Sanctitas.

§. II.

a Philip. 4.

7.

b Isa. 32. 7.

c Job. 5. 23.

Lib. 6. Moral. cap. 16.

EX HIS Iustitiae, & Sanctitatis inundationibus fluunt etiam inmundiciae. Enes apacis, quae exsuperat omnem sensum, & in hoc felici statu splendet ac minet. nam, ut Isaia dicit: b erit opus iustitiae pax, & cultus iustitiae silentium, & securitas usque in sempiternum. Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducia, & in requie opulenta. Quae promissio, etiam in Christiano populo sit facta; congregatio tamen Religiosorum praecipue omnibus eius sit particeps, ut quae Iustitiae perfectionem legetur: ex qua oritur ut perfecta cum Deo suo pace fruatur, ponens in eo totam suam fiduciam; magnam etiam pacem secum habent, indicentes silentium agnitionum passionum; & simul cum proximis suis, coniungentes se illis in virtutis ne charitatis. Hic illud impletur, quod est apud Iob c cum lapidibus Regionum erit pactum tuum, & bestia terra pacifica erunt tibi; & scies quod pacem habent in tabernaculum tuum. Qui sunt (ait S. Gregorius) Regionum lapides; nisi Apostolici, & perfecti viri, qui in Religionibus degunt? qui sunt quasi directae Regionem & nationes Ecclesiae. cum his viuus & electis lapidibus pactum, & foedus inquit, qui ex Dei inspiratione statuit, eius professionem sequi. Ex quo provenit, quod bestia terra, passiones scilicet bestiales & carnales tantum cum eo pacem seruent, ut licet latent & rugiant; non tamen morde-

ant, aut la sionem aliquam adferant: quia Rex huius Regni, qui princeps est pacis, eas cohibet, ac regit: vt omnes eius ciues sint inter se concordēs.

Hæc aded copiosa pax ita est huius statûs propria, vt cum Sancto Basilio dicere possimus, fundatum esse à Deo ad eam pacem renouandam, quæ cum summa abundantia emicuit in aliquibus Ecclesiæ Statibus: quorum vnus fuit, quem primi Christiani tenuerunt. De quibus S. Lucas ait, *multitudinis credentium erat eor vnus, & anima vna: nec quisquam, eorum quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat.* Cum autem huiusmodi animorum coniunctio decursu temporis imminueretur, & charitas refrigesceret, paxq; illa turbaretur, ed quod quisque attenderet ad ea, quæ essent propria: prospexit Dominus noster huic malo, constituens statum Religiosorum à communi illo, & vulgari Christianorum separatam: vt in eo seruaretur illa animorû vnio & pax aded excellens. Nam inter Religiosos nihil est alicuius proprium, sed omnia sunt communia in omnium vtilitatem & vsum: animi ipsi, corda, corpora, salus, vestes, cibus, labores, pugna, & coronæ: omnes eundem habent Deum, & eundem Patrem; omnes diligunt se tanquam amici & fratres Christi, & tanquam membra vnus corporis; sunt que vno spiritu vniti per gratiam vnus & eiusdem vocationis. Ideo que optimè illis competit illud Apostolice pax *Christi exultet in cordibus vestris, in qua & vocati estis in vno corpore. nec alter vs dicit Michas Propheta, non esse fidelitatem, neque amicitiam, neque vnam rem: veram iu: er Duces & milites: inter Patrem & filios, inter fratres & amicos, nam smaximi hominis inimici sunt domestici eius: in hoc enim statu horum contrarium eminenter respundet. Nam Prælati subditos suos cum amore gubernant, & Subditi etiam cum amore suis se Prælatis subijciunt; filij obediunt Patribus spiritualibus, & hi sollicitè attendunt ad illorum vtilitatem; fratres mutud se ex corde diligunt: quia sunt fratres in Christo; amici mutuum sibi seruant fidelitatem, quia eorum amicitia fundatur in solo Deo: & domestici, nec vestigium ostendunt inimicitia aut rancoris: quia sunt domestici Dei, vera charitate coniuncti. Et hac ratione ait S. Basilius, renouari etiam hic pacem illam, quæ in statu Innocentia floruisse, in quo nullæ fuissent discordia: nūquam enim pax cum alijs læditur, aut amittitur, quin prius aliquis eam secum ipse lædat. tunc autem quisq; secum pacem habuisset, propter subiectionem omnimodam, quam virtute Iustitiæ originalis caro habuisset ad spiritum. Ita vt & bestia & fera fuissent homini subiectæ. Hæc pax turbata fuit peccato Adami: ad quam reparandam Deus factus fuit homo: quem q; quasi testamento reliquit suis Apostolis, cum omnibus in cænaculo recollectis dixit: *pacem relinquo vobis: pacem meã do vobis.* Cuius maxime participes sunt Religiosi Apostolicè viuentes in cænaculo Sanctæ Religionis, quos propria Vocationis gratia pacificat, vnit charitas, continet*

De Conspir. Mona. c. 19.

d Act 4. 32.

c Coloss. 3. 15

f Michas 47 6.

g Ioan. 14. 27.

mortificatio, concordies facit paupertas, obedientia rectificat; vota & communia mutua auxilia stabiliunt, & perficiunt. Debilis enim à robusto iuuatur, infirmus à sano: quia vnus virtus & fortitudo supplet alterius debilitatem & infirmitatem: mutuam sibi operam instat seruatorum sibi præstantes nec propterea amittentes libertatem: quia non ex necessitate serui sunt, sed ex charitate, qua quidquid vnus potest & habet, est omnium; & quod omnes possunt, & habent, est singulorum: ideoque nulli quidquam deest, & omnes mutuam inter se concordiam seruant. Et quid Religio est aliud, nisi ea quædam Noë: in qua, cum tot essent feræ; summa tamen erat Sanctitas, & honestas: ibi enim & à generationis actibus se omnes continuerunt, & verus Dei, ita omnes ipsi Noë subieciunt, ut ab eius manu, acciperent, quæ comedere; & propensionem continerent, quam aliàs habebant, ut aliarum carnibus velcerentur. Hic etiam expletur, quod Isaias de prodigiis pace protulit futura in Ecclesia. *h. Habitat, inquit, lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit, vitulus & leo, & onis simul morabuntur, leo enim & vitulus obliuiscuntur carnem comedere, quasi bos comedent paleas.* Diuinæ enim Vocantis vis, & efficacitas discordantium corda, & naturales constitutiones mutuas repugnantes, motes aliàs omnino contrarias commutat, & ad vniuersam concordiam in Religione reuocat.

Genes. 7.

h. Isaias. 11. 6

Pugnam
contra pas-
siones ha-
bet.

i. Cant. 7. 1.

Non quidem negamus, aliquam esse in Religione pugnam, quia vnusquisque cum suis passionibus bellum gerit: sed hoc non auferit ab eo veram pacem, sed auget potius, gaudio & exultatione victoriæ: ut liceat Religione explicare illud Canticorum: *quid videbis in Sulamite, nisi choros castrorum Sulamitis,* quod interpretatur pacifica, est pacifici Salomonis sponsa, & reuera Ecclesiam Catholicam, eiusque singularem partem, Religionem scilicet dilectissimam sponsam illius Regis, qui eminenter pacifici nomen promeretur. In ipsa autem Sulamite sunt chori & castra: chori cantorum, castra militum: nam Religiosi vera charitate coniuncti, simul Deum laudant, & contra propria vitia & passiones pugnant, ita ut neque laus Dei propter illam pugnam impediatur: neque pugna propter laudem retardetur: sed potius altera alteram iuuat: quia pugnatur, ut Deus laudetur; & laudatur Deus, eo quod pugnando victoriam obtineatur.

SE D quoniam in terra (ait S. Basilius) non superest iam aliquid, cum qui Religiosæ vite præstantiam & excellentiam conferamus: opus est ad eam confugere, & celestem illam Angelorum coniunctionem contemplari: quæ etsi in diuersas hierarchias & choros sunt distincti, habeantque diuersos gradus Inferiorum & superiorum: tantam tamen habent pacem, ut neque maior minorem contemnat; neque minor tubterfugiat debitam maiori subiectionem; & vnusquisque libentissimè alteri communicat, quod habet eo-

rum enim in thesauri sunt virtutes, ac diuitiæ caelestes: quæ neque pereunt, neque immi-
nuntur, etiam si alijs comunicentur. Huius igitur Angelici status
est imago quædam sacra Religio: in qua per eiusdem Dei gratiam vnio hæc
floret inter maiores, minores, & æquales; fundata in vera charitate & con-
firmata cum voluntate diuina: cui omnes sese sponte subijciunt, & hunc
reputant maximum suum thesaurum: mutuo sese iuuantes ad spirituales vir-
tutum diuitias comparandas, & singuli rapientes prodigioso quodam mo-
do, quod alterius est; ita vt nihil auferant, nec vnquam iniuria fiat. Hæc apud
S. Basilium: suntque experientiâ comprobata in Religionibus, quæ in
sanctorum Institutorum obseruantia florent: id quod præcipuum est ad eas
implectendas, motiuum: eò quod pacis, huius & coniunctionis pulchritudo,
magnetis instar hominum secularium corda ad se trahat. Ideoque Christi-
um D. N. cum suos discipulos tanquam diuinæ huius vocationis mini-
stros, & instrumenta misit, iussit; *intraentes in domum, salutare eam dicentes:*
Pax huic domui: vt sic afficerentur ad recipiendam Christianam Religionem,
quæ talem eis pacem offerebat: & ijs, qui ad eam suscipiendam apti erant,
(quos filios pacis appellat) hoc verbo præbebant eam interius delibandam:
sic omnino sese dedentes, eam amplectebantur. Quod idem euenit in
vocatione ad statum Religiosum, vt in proximo capite apparebit.

CAPVT X.

*SPRITVALE RELIGIONIS GAVDIVM, QVOD SO-
let Deus delibandum præbere ijs, quos ad eam vocat.*

IN HAC IUSTITIA & pace, quæ florent in Religione, oritur gaudium & læ-
ticia spiritualis, quæ propria est Regni Dei. Quæ adeò est copiosa: vt ex-
tendantis fluminis instar omnes humani cordis sinus impleat; imò adeò su-
perest, vt non possit illam capere, quod Apostolus de se ipso dicebat: *re-*
pletus sum consolatione, & superabundo gaudio. Hic incipit de gustari, quod dice-
bat Dauid: *b inebriabuntur ab ubertate domus tue: & torrens voluptatis tue potabis*
me. Rectè autè dicit: inebriabuntur. Quemadmodum enim homo non inebria-
tur, quando solù bibit, quod eius stomachus ferre potest; sed cum plus hau-
erit, quam possit digerere: ita Deus tantâ gaudij copiâ præbet suis seruis, vt
mancant ebrii, sicut qui vltra præscriptum limitem biberunt, apponentes os
ad caelestium deliciarum torrentem. Et propterea in Scriptura vocatur lubi-
cus, qui (S Gregorio teste) est gaudium quoddam adeò ingens, vt nec verbis
explicari, nec intra cor detineri possit, quin foras erumpant indicia eius
magnitudinis: de quo dixit Dauid: *c beatus populus, qui scit iubilationem, & ex-*
perius est gaudium (quod reliqua omnia excedit) in Deo suo, d beatum di-
cent mundus populum cuius promptuarii plena sunt, oues eius fetosa, boues eorum
grassa, cum non sitruina materia, sed abstrenuorum militum castris ita propu-
guetur

*Mat. 10. 12
Luca 10. 6.*

*a 2. Cor. 7. 4
b Psal. 35. 9*

*Lib. 24. Mo-
ral cap. 5.
c Psal. 88. 26
d Psal. 143. 15*

Lætitia
huius ex-
cessus sig-
num fami-
liaritatæ
Dei.

Isai. 51. 3.

Gaudium
hoc opti-
mum.
Epist. 114.
f. Ioan. 16.
12.

Homil. 89.
in Matt.

8.

Lib. de Vir-
gin. c. 57.
Homil. 69.
in Matt.

In Psal. 37.

gnetur, vt nullus hosti pateat transitus : talem, inquam, populum mundus dicat beatum, ego autem eum *populum beatum dicam, cuius Dominus Deus eius*; & eum, qui expertus est, quid sit in Domino gaudere & in eius obsequio præ gaudio exultare & salire. Hic enim lætitiæ excessus indicium magnæ est magnæ cum Deo familiaritatæ; in quo reliqua omnia habebit, quæ locupletare ipsum, & protegere possunt. Talis est populus Religiosus, quod iudicio mundi est tanquam desertus & inhabitatus locus, & omni solatio vacuus. Sed valde decipitur: nam e *Dominus Deus*, vt Isaias dixit, *pro desertum Sion, quasi delicias; & solitudinem eius, quasi hortum Domini* Gaudium lætitiæ inuenietur in ea gratiarum actio, & vox laudis; Et vt omnia simul dicam pro gaudio mundi datur ei gaudium in Spiritu sancto, ided ita appellatur, quod ab ipso Spiritu sancto oriatur, qui per excellentiam paracletus & consolator dicitur. Quod ostendit ipse, dum seruis suis tale solatium adfert, quod huius gaudij sit materia: cum quo si gaudium ex rebus huius mundi ortum conferatur, non est nisi vmbra quædam lætitiæ. Illud gaudium (vt S. Bernardus) est vnicum & verum quod provenit non ab aliqua creatura, sed ab ipso Creatore: *f. quod cum possideris, nemo tollet a te*, cum quo omni lætitiæ collata, tristitia est, omnis iucunditas, dolor; quidquid dulce, amarum; quod pulchrum, turpe; & quidquid exhilarare potest, molestum est, & importunum; & vt S. Chrysostomus ait, quod interese inter Angelos magis suauitate & concentu cantantes, & porcellos grunientes, se seq; in luto spurcantes: hoc interest inter Religiosos, qui in rebus Dei sui delectantur & gaudent; & sæculares homines, qui exultant in rebus huius mundi.

Hoc ipsum melius adhuc intelligetur, si causas huius gaudij perpendamus, quod Spiritus sanctus Religiosis communicat, quas breuiter ad tres fontes reducemus, vnde illud promanat.

§. I.

PRIMA CAUSA est, quod Religio cum tribus suis Castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ votis, omnes remoueat occasiones innumerarum tristitiarum ac molestiarum, quas sustinent sæculares, quæ (eodem S. Chrysostomo teste) aded sunt grauës & molestæ; vt nullus id satis alioqui possit, præter ipsos, qui eas ferunt ac deuorant: idem enim est discrimen inter sæcularem & Religiosam vitam, quod inter mare tempestuosum, & portus tranquillitatis: nã etsi vita sæcularis aliqua habeat gaudia; sed illarum (vt ait S. Basilius) permixta sunt multo grauioribus molestijs; & ipsius matrimonij delectationes facile submergantur & superantur ab immensis oneribus & molestijs, quas secum adfert. Quod si diuitiæ aliquam adferant lætitiæ; sollicitudo easdem comparandi; ac defendendi ab inuidijs hostium plurimum cruciat. à quibus omnibus expeditus est status Religiosus: quod

si mu-

danis delicijs caret: hoc ipsum eum disponit ad ampliora Spiritus sancti gaudia accipienda. Nam (vt S. Gregorius ait) nō potest anima esse, sine aliqua voluptate. Quod si ob Dei amorē terrenas delicias reijcit; mox recipit caelestes.

Hinc *Secunda* oritur huius gaudij causa, bona scilicet ac pura conscientia à culpis & amaritudine libera. Nam quemadmodum in mundo nullus est crudelior & intolerabilior cruciatus, quàm sit malæ conscientia, quam Sapiens a *timidam, perturbatam*, sui que ipsius carnificem appellat: ita nulla est magis cordialis lætitia, quàm sit bonæ cōscientiæ: b *de cuius testimonio* gloriatur Apostolus, ob *simplicitatem & sinceritatem*, quam in ea animaduertebat. Et cum vita Religiosa ad eodē studeat huic puritati comparandæ, & remouendis occasionibus in aliquas culpas incidendi: idē magna afficitur lætitia ex bonorum operum exercitio. Nam (vt S. Leo Papa dicit) necesse est animam bonis Exercitijs exhilarari; & libenter id facere, ex quo scit, se post factū exhilarandam. Et quamuis non desit labor aliquis in operibus Religiosis eadem tamen (vt S. Chryostomus ait) tot delicijs conscientiam replent, vt nulla possit lingua eas explicare: nihil enim suauius bonā conscientia, & bona spe: cuius suauitas prouenit ab Spiritu sancto, à quo eius bonitas, puritasque procedit.

Ex duabus prædictis causis *tertia* oritur, quam S. Chryostomus insinuat, spes scilicet in Deo, & fiducia in gubernatione diuinæ Prouidentia, in cuius manus se proijcit Religiosus, confidens, quod ille sit ipsius rebus prospexiturus. Ex quo magna ei securitas, & quies cum magna lætitia prouenit. Nam, vt Salomon ait: *csecure mens, quasi inuge conuiuium*, in quo plurima sunt, quæ hominem exhilarent. Ac propterea d *non contristabit iustum quidquid ei acciderit*: testimonio enim bonæ conscientia omnem expellit tristitiam; & gaudio illo spei, quam repositam habet in omnipotente suo tutore ac reparatore: in quo e *Hypocrita* & mundanus homo, vt dicitur in Iob, *non poterit delectari*, nec animu in habebit, vt illam in auxilium sibi venire petat. *si autem cor nostrum* (ait S. Ioannes) *non reprehenderit nos fiduciam habemus ad Deum*; & *quidquid petierimus, accipiemus ab eo*.

Ex Quo fit, vt oratio sit *quarta* huius lætitia cordis causa: Religiosi enim ob conscientiam suam bonam, audent cum Deo familiariter agere, & in Orationis Exercitijs incumbere: in quibus diuina eius maiestas (vt ait Iaias) *glorificat eos, qui ascenderunt in montem sanctum* perfectionis Euangelicæ; & habitant in domo Religionis, quæ est *domus Oratorum*: ad quam exercendam Religio est dedicata. Ad eam accedit Spiritus sanctus, et ius donum est orare cum gemitibus inenarrabilibus; suaq; gaudia in tanta copia communitat, vt ipsas etiam lacrymas iucundas reddat, ac lætas. Nam (vt S. Augustinus ait) *deleiores sunt orantibus lacrymæ, quàm sint cibi comedentibus*.

In Iob, c. 2.
10. in id aut
poterit in
Omnipotente
delectari:
2.

2 Sapien 17.
10.
b2 Cor. 1. 12.

Serm 4. de
eiunio 7.
mensis
Etom 6.
ad populū.

3.
fiducia in
Deo causa
gaudij.

c Prou 15 15
d cap. 12. 21.

e Iob. 27 1.

f. 1. Ioa 3. 21.

4.
Oratio
causat gau
dium cor
dis.
g Iaias 56.

In Psal 127



S. Bernar-
dus Sermo.
8. in Cantica

5.

h. Psal. 132. 1

Quod si tam incundum est flere cum Christo; quid erit eodem ipso frui & ingredi in cellaria preciosorum eius vinorum; & ibi inebriari vino, quod lætificat cor hominis? quod præstat ipsa oratio.

Huc accedit *quinta* huius gaudij causa, coniunctio scilicet amoris & caritatis mutue inter ipsosmet Religiosos vnde provenit, ut omnes quæ sint, ac contenti: solentes sese & adiuuantes mutuo. Ut propterea dixit David: *h. quam bonum & quam incundum est habitare fratres in unum.* Vbi tantem fratres magis coniuncti viuunt, quam in Religione? cuius vitio mors carnis & sanguinis est; sed fructus Spiritus sancti, amore suo illos viuunt & cuius fraternitas est in Christo fundata in sanctitate vitæ, cui tantæ foror vera lætitiæ coniungitur. Si iucundum est multos habere fideles amicos; versari cum bonis; agere cum sapientibus; omnes amare, & ab omnibus amari: ubi hoc melius & exactius inuenitur quam in ipsa Religione? quando illa in suo seruore perseverat, eò quod sit Christus in medio eorum incundam, ac lætam reddens seruatorum suorum societatem.

6.

Colla 11. c. 9

Cant. 1. 4.

DENIQUE accedit bona consuetudo, quæ in vita Religiosa facile acquiritur. Et quoniam à diuina gratia adiuta conuertitur in naturam: maximam reddit in agendo facilitatem, cum tanta animi lætitiâ, ut (teste Cassiano) iucundissimum reputaret cruciatum, vel ad momentum à virtutibus recedere vitij aliquibus maculari. Præterea nunc alias causas, quas postea adhibemus; & solum addo: quod quamuis non semper huiusmodi Spiritus sancti gaudia percipiuntur in ea abundantia, quam diximus; vel ipsa tamen memoria, quod ea aliquando delibauerimus; aut spes eadem degustandi, læticiat, ad cor magna lætitiâ replendum, dicendo cum sponsa: *exultabimus & lætabor in te, memores uerborum tuorum super vinum.* Hoc est, memores lætitudinum celestium consolationum, quas filijs tuis soles indulgere, eos que uerbera tua nutrire, quæ absque vlla comparatione sunt suauiora vino quorumcumque deliciarum ac voluptatum, quas mundus dare potest; & omnibus, quæ in ipso inueniuntur, quare non mirum est si vinum hoc effusiuis, & fallacibus eius voluptatibus renunciemus; ut iucundissimo tunc lacte fruamur, quo soles Religiosos recreare & exhilarare.

s. II.

EX HIS QUÆ diximus, colligere licet stupendum Providentiæ cunctis consilium, in hoc genere Vocationis ad statum Religiosum. Videmus enim aliquorum duritiem, ad credendam spiritualium huiusmodi gaudiorum magnitudinem; & difficultatem, ad quærendam Evangelicam perfectionem, ex qua gaudia illa procedunt; eò quod illi valde sint addicti ac terrenis voluptatibus deprauati: utitur erga illos liberalitate & misericordia sua, præbens eis aliquam eorum guttam delibandam, ut mellis illius dul-

cedo

cedo oculos eis aperiat, sicut a *Jonathæ* filio Saulis, faciatque currere post Christum optantes dulcissimo vberum eius lacte satiari. Et quemadmodū qui cupit vina sua vendere, non solum curat publicè proclamari, sed etiam gratis delibandum offert, ut cum gustatum placuerit, precio Iusto ematur: ita Dominus N. homines inuitat, vocatque ut ipsemet per *Isaiam* dixit: vt *benedicam vinum & lac* Perfectionis Evangelicæ, gaudiaque & solatia quæ cū illa sunt coniuncta: quos vt alliciat dat guttam aliquam huius vini, & modicum quid lactis delibandum: tanta autem tunc dulcedine afficiuntur, vt libenter renuncient rebus omnibus, quas possident, vt perfectionem tales fructus proferentem amplectantur. De S. Petro in Monte Thabor, ait S. Augustinus: vnam stillam dulcedinis gustauit, & omnem aliam dulcedinem fastidit. adeoque progreditur Dei D. N. bonitas: vt etiam deprauatis hominibus non raro hanc dulcedinem præbeat degustandam, vt eos ex mundo euellet, & ad suum trahat obsequium; libenter enim carnis delitijs renunciat, statim atque delibant spirituales: iuxta illud S. Bernardi: degustata Spiritus suauitate, omnis carnis dulcedo desipit. Hac via duxit Dominus noster Sauli vocationem, cum ex Equo deiectum in terram, per triduum detinuit non videntem, nec comedentem. Quo tempore (vt ait S. Thomas) eum rapuit ad tertium cælum; de ditque delibandas paradisi delicias, quibus adeo fuit bene dispositus, & oblectatus: vt statim atque ad se redijt, renuncians carni & Sanguini & Christi crucem sit amplexus.

Consilium hoc aperuit Deus *Oseæ* Propheta loquens de Ierusalem, cum peccata prius retulerat: propter hoc (inquit) ecce ego libilabo eam & ducam ad solitudinem, & loquar ad eam eius. Quasi dixerit: quia anima hæc per Ierusalem significata, adeo est improba ac rebellis: nunc illam non puniam; sed indulgebo ei potius, præbens ei lac meartum consolationum degustandum: vt habens ipsa veniat mecum ad vitam religiosæ solitudinem, vbi contubernalem ei me præbebo, & afflictum eius cor consolabor. Et quoniam verbū *libilabo* etiam significat decipere, (quare LXX Interpretes verterunt *seducam eam*) in hoc ipso manifestat Deus consilij sui excellentiam: his enim consolationibus iucundè carnem nostram seducit; non solum iudicio huius mundi iudicantis, decipi eos, qui res omnes relinquentes, Christum Dominum nudum in cruce nudi sequuntur, sed etiam quod caro, fugiens alias intrare per angustam perfectionis portam, crucemque tollere vitam religiosæ: statim atque suauitatem spiritus degustat, ad hæc omnia magno cum animo se se proiecit. Quoniam autem suauitas hæc, & iucunditas, quæ in ipso initio percipitur, solet ad certum aliquod tempus, maioris nostri profectus causa, cessare: caro tunc iudicat, se deceptam; quam tamen non penitet talis deceptionis ob spem ad futuram ipsius Domini in ea solitudine visitationis; & quod

a. Reg. 14
27.

b. Isai. 55. 1.

In Solilo-
quijs cap. 22.S. Bernar-
dus.Lectio. 7. in
2. ad Corin.

c. Osee. 2. 14.

idem Dominus consolationis verba ad ipsius cor loquetur, vt possit cum Dauide dicere: *d Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.*

» Cum igitur quæ hæcenus diximus, ita verè se habeant: vellem pigros
» ignauios interrogare quid eos retardet, quò minùs audiant statim diuinam
» vocationem? Ad vitam (ait S. Basilius) vocaris: cur vocantem refugis? Ad
» gentium donorum participationem inuitaris: cur ea cõtemnis? regnum celo
» rum pater, qui te vocat fidelis est: vt, quod promittit, adimpleat: iter, cui
» auxilijs ab ipso præstitis, est facile: non opus est prolixo tempore, non tra
» sis magnis, nec labore magno: quid igitur te retardat? cur times iugum labo
» rare, sicut vitulus indomitus? attea de, quòd sit suaue, nec premax certum
» potius portantem alleuiat: suppose igitur ei collum, vt sis totus Christo sub
» iectus: *e Gusta, & videbis, quam suavis sit Dominus; & quam dulcis sancti
» Mellis dulcedo non potest verbis explicari: degusta illad: & opere iplo con
» experieris. f Appropia & congregare (vt ait Salomon) in domum disciplina. hoc
» est in sanctam religionem. Non multum temporis consumes in ad discenda
» scientia, quæ ibi traditur: & inuenies gratiam, solatium, ac dulcedinem pa
» anima tua, in hac vita, & in futura.*

e Psal. 33. 9.

f Eccl. 5. 3.

CAPVT XI.

*QVAM SIT CERTVM IMPVLSVS AC DESIDERIUM
» religionis ex motiuis prædictis, esse Dei vocationes: & quanam consilijs
» sit adhibenda ad eadem executioni mandanda.*

CVM hæcenus omnia motiua proposuerimus: quæ diuina vocatione
» proponere solet, quos vocat ad religionis ingressum: operæ præsum
» erit, iam constituere de certitudine, quæ in huiusmodi vocationibus
» esse potest, quòd sint verè Domini nostri; non verò ficti alicuius, aut fallaci
» spiritus. Hinc enim (vt primo capite dictum est) vis ac ratio dependet
» hoc statu vtiliter & fructuose viuendi. In quo si quod dubium superfit, re
» pedit eum statim non priùs eligere quàm tale dubium deponatur, quò
» modum sanctus Laurentius Iustinianus prudenter admonet dicens: Voca
» tus ad certamen vitæ religiosæ, non repente assensum præbeat; sed priùs con
» tificari de ipsa vocatione conetur: vtum à Deo sit infusa, an aliunde immen
» sa. Non enim omni spiritui est credendum; neque cuncta desideria, quæ
» bona ex se esse censentur, sunt opere perficienda. *a Probare* (ait sanctus Ier
» annes *spiritus si ex Deo sunt*, Nam status & nouæ institutionis inconsiderata
» mutatio, commendabilem tardò sortitur effectum; profectusque singulari
» maxima in illo cum difficultate colligitur. Porro si in illa status mutatione
» quæ accuratissima consideratione & consilio peragitur, tentationum im
» pugnationes, & spirituum immundorum non desunt insultus, & pericula
» incumbe

*Li. b. de Obe
» diencia c. 6.*

»

»

»

ai. Ioan. 4.

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

numera: ex ea, quæ præcipitanter ac inconsulte perficitur; quid poterit non nabiliter sperari? vocatus igitur ad statum religionis; cum prima sentit bona desideria, statim incipiat aliquid facere, vt eis cooperetur. Et quamuis non statim rebus omnibus huius mundi, & facultatibus suis nuntium renuntiat; absq; cunctatione tamen renunciet vitijs, & consuetudinibus malis. Perseuerante vero gratia, & incalescente desiderio, nec non ad cordis ostiũ vallante Domino, patrum spiritualium interueniente consilio, sanctum diuini famulatũs propositum aggrediatur: ea vtiq; intentione, eoq; decreto, vt in eodem vsque ad vitæ terminum perdurare contendat.

Hæc sunt sanctissimi huius Patriarchæ monita, valde experti in diuinis vocationibus discernendis. Quæ tamen vt melius capiantur, aduertendum est: in huiusmodi vocatione esse vocato diligenter perpendenda. *Primum* est generale quoddam desiderium, sæculum & res omnes, quæ in eo sunt desiderandi: vt Christi Domini nostri consilia in statu religioso amplectatur. *Secundum* est speciale desiderium, vnam potiùs quam alteram religionem admodum, Monachorum scilicet, aut Mendicantium, aut Clericorum. *Tertium* est particulares loci, temporis, & modi desiderium illud exequendi, circumstantiæ: an scilicet in hac prouincia, an in hoc monasterio, an statim atque inspiratio diuina percipitur, aut post elapsum aliquod tempus.

§. I.

Vocatio ad religionem in genere.

Quod ad primum attinet: non potest negari, aliqua desideria & proposita religionis prouenire à maligno spiritu: de qua re, qui ea scit certus esse poterit, cum aduertit expressè, se præta intentione, aut animo ficto ad eã propendere. Quemadmodum refert S. Gregorius de Mago quodam, qui Illius vocabatur, & habitum induit monachalem, vt artes suas magicas occultaret: & idem est de alijs, qui monasteria sunt ingressi animo deprædandi Ecclesiarum eorum thesauros. Tales etiam iudicantur illa monstra, qui voto paupertatis sese obligare student in aliqua militari religione, respicientes tamen tanquam finem principalem, vt Commendam aliquam in militari religione obtineant, ex qua aliquot millia ducatorum annua habeant, quibus sibi indulgere, & magno in honore haberi possint. Qui Scribam illum imitari censentur, qui dixit Christo Domino: *magister sequar te quocumque ueris: persuadens sibi, hac via se diuitem futurum, & in magno honore habitum posse, vt supra diximus.*

Sed his monstris prætermisissis, ceteri qui per tempus aliquod continue religionis desideria sincere, vt seruiant Deo, suasque animas saluent, in se continent: certi ac securi esse possunt (vt expressè docet S. Thomas) tales inspirationes à diuino spiritu procedere, cuius est, (vt dixit Dauid) a deducere

»
»
»
»
»
»
»
»
»
»
»
Tria voca-
to perpen-
denda.

1.

2.

3.

Lib. 1. Dia-
log. c. 4.

Cap. 8. 19.

2.2.9. vlti.
a. vlti.
3. Psal. 147.
10.

5. Luc. 11. 16.

homines in terram reclinam. Cum igitur Religio sit terra sancta, & statum sanctitatem omnino quaerendam destinatus: Spiritus sancti exit opus proprium talia desideria inspirare, & per tales vias hominem deducere, quae eam perducant. Deinde, cum Dæmon sit huius mundi princeps: non est credendum eum instigare & impellere homines, vt mundo relicto, transire ad partes & obsequium Iesu Christi, amplectentes eum statum, qui in omnibus omnibus ipsius Dæmonis desiderijs aduersetur: *hominem enim regnum seipsum dimisum desolabitur.* Quod si vnus Dæmon alium loco pellat, non poterit eius regnum permanere. Quid autem aliud faceret Dæmon, qui hominem ad religionis statum instigaret: nisi regnum suum diuidere; & bellum gerere cum ijs, qui in eo toti sunt positi, vt illud amplificent: quod nunquam ipse est facturus: ne seipsum impugnet, in ea praecipue re, quae non solum bona est, sed etiam perpetua; & obstringit ad multa exercitia heroicæ fortitudinis perpetuo exercenda. Quod si quando (quod tamen rarissimum est) figurans se in Angelum lucis, vere ad Religionem instigaret: quatenus intentio sit peruersa, non nocebit nobis (vt ait Sanctus Thomas); talem instigationem sequi: cum tendat ad rem ad eam excellentem, ad quam bonus Angelus, & ipsemet Deus impellere: cui meritò est fidendum, quatenus si hostis instigatione, in eiusdem detrimentum, nostram verò vilitatem conuertet, ita vt breui poeniteat eum facti, & suggestionis suae. Ad cuius veritatis confirmationem spectat rarus quidam casus, qui ad meam peruenit notitia de quodam iuvene habente apud se Dæmonem quendam ex ijs quos familiariter appellat, qui illum instigauit, vt certam quandam Religionem ingrederetur: adducens ad id persuadendum mille rationes, & cōmoda quae illi essent euentura. In qua tamē re Dæmon non querebat ipsius iuuenis bonum; sed eum volebat, tanquam instrumento, vt alios deciperet. Deprehensus autem fuit eius finis: cum iuuenis ex religiosorum consuetudine & familiaritate inciperet pietatem colere, Deoq; seruo seruire: cepit enim Dæmon ei suadere Religionem desereret; idq; maiori multo instantia, quam prius adhibuerat ad persuadendum ingressum: & re ipsa id ab eo obtinuit.

I.
Vocatio per
affectum.
In Duce spi-
ritu.
Tract. 1. c.
12.

SED vt exactius hoc adhuc intelligatur, perpendendum est, quod inspiratio diuina, & interior ad Religionem amplectendam vocatio, duobus modis ad faciendum inuitat, & allicit. Primus est sculpendo in voluntate vehementer quaedam affectum Deo perfecte seruendi. Qui affectus omnia indicia seculi quae boni spiritus inspirationes habere solent. Nam mirum in modum commutat cor, & à rebus huius seculi illud euellens, allicit ad caelestes; mortalia carnis & sanguinis propensiones; cupiditates bonorum fortunae, deliciae honoris, & libertatis; contra verò viua accendit desideria paupertatis, castitatis, obedientiae, ac humilitatis religiose; magnam adfert pacem conscientiae.



verius letitiam, spiritus fervorem, magnanq; animi fortitudinē & conatū ad superandas oēs difficultates, & inpedimēta occurrētia, in deserendo mūdo & Iesu. Christe amplectēda. Quæ omnia, impossibile est ab alio spiritu procedere, quam huiusmodi; cuius vox sonat ubi vult, & quidquid vult efficit. Quamvis autem huiusmodi desideria admisceantur aliqua desideria & respectus temporales; aut necessitas aliqua corporis difficultas, quæ ipsū affectum excitarent; aut etiā aliquis malignus impulsus, indirectē eundem affectum promouentis; non tamen propterea oēs illi definit esse Dei. Humani enim respectus & corporis afflictiones, ac Dæmonum suggestiones non sufficiunt, ad eorū hac ratione immutandum; nisi Spiritus sancti impulsio interne illud excitaret; & Patris omnipotentia vi quadam interna animandoceret, ad sequendum Christum; vt supra est dictum. Cuius illud est bonum testimonium ac testimonium: quod deficiente hac interna inspiratione ijs, qui in mundo versantur; quamvis adhiat eadem rationes & necessitates: non tamen sufficiunt eorum corda permutanda, nec à rebus, quibus affectu adherent, euellenda.

Secundus modus, quo vocatio diuina ad religiosum statū suscipiendum mouet, est cum hominis intelligentiam illustrat, & rationibus efficacissimis docuit, expedire ei illū statū amplecti; voluntatē interim relinquens aridā, & tenetā dulcē; affectione, ad amplectēdū quod intelligentia proponit, & ipsa ratio dicitur; ed quod graue sentiat repugnantiam, & exequendi timore terreatur; exequitur tamen, & paret eū in modū, quo Loth & Sodomis exire fuit coactus, repugnante quidē omni suo appetitu & affectu; sed necessitate compullus, quæ exire cogebat; ne cū Sodomitis caelesti igne periret: & similiter sicut nauigātes, vrgete tēpestate, oēs suas facultates & bona, quæ in terra habent, ad mare proijciunt, vt eā alluient. Quamvis autē modus hic vocatiōnis nō æquē sit lauis ac dulcis, atq; prior: est tamē in se certior ac securior, & ab omni suspitione, q̄ malus spiritus partē aliq̄ in ea habeat, expeditus: t̄ pot̄ eise opponit, & pro viribus eā conatur impedire. Est etiā firmior ac certior: vt que nō imitatur teneriorib⁹ affectib⁹, qui solē facile pertranseat, sed viuis efficacibusq; rationibus, quæ permanēt sēper; & veris solidisq; testimonijs, ex qua vult iustus, & super eā fūdat vitæ suæ aedificiū. Ad hunc modū hic magis meritorius certiusq; charitatis & amoris in Deū testimonium; quia absq; consolationibus sensibilibus offert homo quicquid habet, vt ei sequi, magisq; placere possit. Quemadmodū etiā inter Martyres, illi valde eminet, qui absq; huiusmodi sensibilib⁹ solatijs mortem tolerarunt, suum imitātes Ducem & Magistrum Iesum Christum D. N. qui ad mortē crucis obtulit sese prompta & constāti voluntate, sed omnibus precarijs solatijs exuta; quæ alij Martyres in suis cruciatib⁹ copiosa habuerūt.

Ex his facile apparet in quanto errore versentur ij, qui sibi persuadent, se non vocati à Deo ad statum religiosum, nisi tenera huiusmodi desideria, ac feruentia amplectēdi desideria sentiāt: sicut magnus esset error, existimare, Deū nō vocare peccatores, vt conuertātur; nisi eū tenera huiusmodi desideria, pœnitentiā pro suis peccatis agēdi, ipsis largitur. Nā vox Dei interdū liquefacit cor,

2.
Vocatio per
rationes.

Hic mo-
dus priore
certior.

c Rom. 1.17

facitq; in ipsius amore feruere: interdum autem non eò vsque progreditur sed docet illud tantum; animumque addit ad id obeundum, quod est opus obsequij: interdum omnes occurrentes difficultates expedit; interea aliquas superandas relinquit: vt ipsi pugnantibus, naturaq; repugnans vincens meritum creseat. Nam qui Matthæum ad eò efficaciter vocauit vt magna cum sua voluptate res omnes suas relinquere, institueret, tenuissimum d. *conuincium* in signum lætitiæ, qua eas relinquebat; idem discipulos vocauit, qui cupiebant redire, & curam gerere *e parentum, & rebus domesticis* disponere, quos ipse exhortatus est, vt huiusmodi officia depositis, superatisque omnibus, quæ occurrebant difficultatibus ipsam querentur. Qui autem in inijs *venue* pugnant, consequi solent solam consolationes suæ vocationis tunc temporis, cum maxime illis est vtilis præmiæ autem, quod solis remis navigare cœperunt, confidentes vt Dei: citius accipiunt centuplum, quàm alij, vt expansis velis, & secundum puppim vento prosperè progrediantur, suamque navigationem feliciter expediant.

§. II.

Vocatio ad Particulares Religiones.

SE non fortè quis dubitet: an eadem sit certitudo cuiusvis vocationis, & inspirationis ad Religionem particularem, ad quam sentit se propendere? sæpe enim euenit, vt inspiratio ad opera virtutis in genere sit applicatio autem ad hæc vel illa particularia sit Dæmonis, aut proprii ritus. Quare euenire posset, vt ipse Deus feruentia nobis inspiraret ad Religionem; Dæmon autem instigaret ad minùs perfectam, aut immoderatam adeundam, in qua perfectionis feruor intepescat; aut eam ingratam, cuius Institutum constitutioni nostræ naturali magis repugnet, vt vires nostras excedat: ne in eo perseueremus. Quod eueniret, si desiderium & quærentem solitudinem, incitaret hostis ad eam Religionem amplectendam, quæ agit cum proximis; aut contra, naturaliter propendens ad agendum cum proximis impelleret ad eam Religionem, quæ pro solitudine; & hominem alioqui debilem incitaret ad Religionem arduiorem, & seueriorem, quàm eius complexio ferre posset; & hominem vehementibus passionibus ex natura agitarum induceret ad Religionem arduiorem, quàm eius necessitas exigat. Quamobrem optime S. Thomas quamuis necesse non sit, alios consulere ad examinandum & approbandum propositum suscipiendi statum religiosum: expedire tamen, ad illud suscipiendum, alios consulere: tam quoad ipsum modum executionis, quàm Religionis eligenda; cum in vtroque subesse possit deceptio. Verum

2. 2. q. vlti.
a. vlti.

d Luc. 5. 29.
e Mat. 8. 21
f Luca 9. 55

men, quod cum inspiratio eodē tempore & eadem vi & efficacitate, altero ē
 in quibus prædictis modis ad statū religiosum & in particulari aliqua Religio-
 ne suscipiendū, incitat, & impellit: verisimile valde est, utramq; partē ab eo-
 dem spiritu provenire. Cūq; enim ad ipsum Dominum nostrū spectet, homi-
 nis vocare ad Religiones; cognoscat autē cuiusvis hominis complexionē &
 facultatē ac talentum; ipsius providentiæ erit, unūquēq; ad eam Religionem
 inducere, quæ ei expedit. Cuius rei bonū erit iudiciū, si & in genere, & in par-
 ticulari illum statum simul inspiret. Et in eo casu non est, quod quis hæreat
 & vereatur defectum virū suarum spiritualium: qui n. ipsum vocat; eas præ-
 bebūt; neq; est hærendum, quod Religio illa particularis sit alijs minū per-
 fectior; nō enim vult Deus oēs ad id q. perfectius est, vocare; & quamvis aliqua
 Religio sit imperfecta; erit tamē perfectior, quā sit vita secularis. Nec tutū
 est, propterea maioris perfectionis relinquere Dei vocationē: nam aut is nō
 perseverabit in perfectione, ad quā vocatus nō est; aut non cū tanto profes-
 sione. Et quemadmodū S. quidā Abbas dixit: præstat esse in professione minū
 perfectā deotū, quā in perfectiori indeotū. Sæpe aliās tolet Dominus no-
 strus suos impulsus dividere ita, ut Religionis desideria in genere inspiret,
 non tamen Religionis in particulari: & potius tam dubios nos circa secun-
 dum relinquit; quā certos circa primum. Item aliquando inspirat ratio-
 nes, quæ aliquo modo nos ad statum religiosum inducunt; non tamen om-
 nino nostrum intellectum convincunt: quia alia nobis pro contraria parte
 occurrunt; quæ nos reddūt omnino perplexos. Et aliquando ipsa desideria
 Religionis, quæ sentimus, aded sunt debilia ac levia, etiā si sint diuturna: ut
 hæteamus, nec de eorum executione aliquid certi statuamus. In quibus casi-
 bus meritō adhibebimus documenta illa & regulas positas in primo tract-
 u. 2. tomi, & ad particularem hunc statum applicabimus. Inter quæ documen-
 ta maximi momenti est illud, quod S. Laurentius Iustinianus adfert: Vocati,
 inquit, ad mundi contemptum, & ad obedientiæ gloriolum conflictum, dis-
 cernendorum, spirituum regulam nequaquam contemnant: verū neque
 ipsi eandem se habere confidant. Rara utique virtus est, & paucissimis colla-
 ta illis videlicet, ut arditror, qui sunt corde humiles, mente puri atque ten-
 tationibus varijs diutissimè probati. Donum quidem Dei est, & à sancto pre-
 rogatum Spiritu: non minū ad aliorum, quā ad ipsorum recipientium v-
 sultatem. In rebus igitur arduis, & præsertim in renunciatione sæculi, & in
 arripienda institutione novæ vitæ, nullus sibi in se propria credat: sed eorū
 acquiescat consilio, qui ex diuturna colluctatione victorum, & adepta virtu-
 tum corona, (spiritus in se nihilominus operante sapientia) discretione pol-
 lunt, ac proximorum dilectione flammescunt, atque religiosorum morum
 gravitate clarescunt. Porro qui tales sunt, errare vix possunt: cū videlicet

Apud Cassi-
Collat. 19.
cap. 4.

Cap. 5.
Lib. de O-
bid cap. 26.
Cui gratia
desur dis-
cernendi
spiritus.
c c
c c
c c
c c
c c
c c
c c
c c



22 non nisi oratione prauia, & cōsiderata personarum qualitate, Spiritusq; be-
 23 ſti directione, ſententiā ſuam proferant. Ipsi etenim tanquam veri homines
 24 & ſub paracleti diſciplina eruditi, nolunt ex proprio ſenſu loqui; ſed q̄ dī-
 25 nā iudicauerint eſſe placitū voluntati: quam vtiq; excluſi affectione penam
 26 interuenientibus quoq; ignitis precibus, intelligere ac perſcrutari conantur.
 27 Hoc quippe Propheta figuratiſſe expreſſit, cum dixit de quatuor illis locutiſ
 28 animalibus: quōd a *cum fieret vox ſuper firmamentū, animalia ſubmittuntur ad
 29 ſua: vt videlicet perſpicaciū, atq; quietiū internæ aſpirationis aff. etiā in-
 30 telligere valerent; & iuxta eā loqui. Nam qui à ſemetipſo loquitur, frequenter
 31 ſententias proferendo præcipitat; & ipſos interrogantes errare facit. Quam
 32 obrem oportet neophitū, & ad ſæculi contemptum vocatum, ſententiam
 33 mancipare conſilio: eorū ſcilicet, qui ſint opere & eruditione probati; q̄
 34 nequaquā propriæ Religionis commoda, ſeu augmentū, ſed animalia
 35 cra perquirant. Ipſis namq; cuncta ſui cordis arcana patefaciant, ante de-
 36 berationē de ſe faciendā. Ipſis (inquā) referent corporis valetudinem, mor-
 37 tis conſtantiam, deſideriorū ætus, propoſiti perſeuerantiā; & vniuerſa que
 38 ad vtriuſque hominis attinent qualitatem; quæ proſectō conſultorem præ-
 39 uem, & idoneum minimè latere conueniunt. Hæc S. Laurentius Juſtinianus.
 40 Ex his facile deducitur, (vt S. Thomas bene aduertit) cum circa hanc
 41 mutationem dubia occurrunt: non eſſe conſilium ab ijs petendum, qui
 42 ſunt eam impedire: quales ſunt parentes, cognati, & amici ſecundum carnem.
 43 Nam vt S. Gregorius cuidam Venatio, amicos tuos conſulenti vt religioſe
 44 deſereret, ſcripſit: de cauſa vitæ conſilium à fautoribus mortis quaeris: quod
 45 dum non te, ſed res tuas diligunt: nulla tibi, niſi quæ ad tempus placent, con-
 46 ſuluntur. Si conſiliarium quaeris, mei ipſum accede: nullus enim conſiliarius
 47 poteſt eſſe fidelior, quam qui non res tuas, ſed te ipſum diligit. Ijs qui huius
 48 modi homines conſulunt euenit, quod Chriſtus Dominus noſter dixit: *cæcus
 49 cæcus ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt.* Cæci ſunt ad præbeant
 50 conſilium in rebus noſtræ ſalutis ac perfectionis, qui amore tantum carum
 51 nos diligunt, valdeque ſunt rebus terrenis addicti. Hic enim amor excoecat
 52 oculos animæ; nec patitur eos aliud videre, quam quod eſt carni & ſanguini
 53 plauſibile. Si itaq; eos adhibemus conſiliarios, noſtrarumq; actionum deſer-
 54 ces: & illi & nos incidemus in profundam deceptionis viam in hoc munda-
 55 do; & poſtea in ipſum infernum. Illi quidem, quod malè conſuluerint, nos
 56 autem, quod eorum conſiliū ſecuti fuerimus. Quare, qui deſiderat has duci
 57 profundas foueas euitare: conſiliarium accipiat non cæcum ſed perſpicacis
 58 oculis præditum, ad veritatem agnoſcendam; & corde forti ad illam in
 59 vilo reſpectu proferendam. Per huiusmodi enim conſiliarios ſolet Do-
 60 minus noſter voluntatem ſuam ijs manifeſtare, qui eam inuenire optant.*

a Exech. 1.
 25.

1. 2. q. 189.
 10.

1. ib. 1. Epist.
 13.

b Mat. 15.
 14.